quo Brutus intellecto terram, quasi fortuito prolapsus, deosculatus est, quam communem omnium matrem esse recte iudicavit.

Idem Brutus Tarquinios ob stuprum Lucretiae oblatum urbe eiecit, ante ob tyrannidem et violentiam omnibus invisos. Lucretia vero filia fuit Spurii Lucretii senatoris, uxor Tarquinii Collatini viri illustris, elegantia formae et castitate celebris. huius stuprandae libido Sexto Tarquinio incessit, non tam ob pulchritudinem quam ut eius famae ac pudicitiae labem adspergeret. itaque captata Collatini absentia noctu apud eam ut cognati uxorem divertit. ac primum verbis eam tentat, deinde vi; cum nihil proficeret, mortem minatur: quam illa contemnente dixit se servum cum ea positurum et ambos occisurum, eamque causam caedis editurum quod eos in concubitu deprehensos peremisset. hoc Lucretiam commovit; ac verita ne res ita esse acta crederetur, adultero obsecuta est. quo facto pugionem sub cervicali posuit, arcessitoque marito et patre, Bruto et P. Valerio comitantibus, quid accidisset cum

γαγε "καὶ ἐγὼ μὲν τὰ πρέποντα ἐμαυτῇ ποιήσω, ὑμεῖς δὲ εἴπερ ἄνδρες ἐστὲ τιμωρήσατε μὲν ἐμοί, ἐλευθερώθητε δὲ αὐτοί, καὶ δείξατε τοῖς τυράννοις οἵων ὑμῶν ὄντων οἵαν γυναῖκα ὕβρισαν." C τοιαῦτα εἰποῦσα εὐθὺς τὸ ξιφίδιον ὑφελκύσασα κατέκτεινεν ἑαυτήν.

Ἀκούσαντες δ' ἐκεῖνοι ταῦτα καὶ θεασάμενοι ὑπερήλγησαν. καὶ τῷ Ποπλίῳ συμβούλῳ καὶ προθύμῳ πρὸς τοὔργον ὁ Βροῦτος χρησάμενος τήν τε γυναῖκα πολλοῖς τῶν τοῦ δήμου κειμένην ὑπέδειξε, καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς δημηγορήσας τὸ πρὸς τοὺς τυράν- W II 18 νους μῖσος ἐκφῆναι πεποίηκε· καὶ μηκέτι δέξασθαι συνέθεντο τὸν Ταρκύνιον. ταῦτα δὲ πράξας, καὶ τὴν πόλιν ἐπιτρέψας τοῖς ἄλλοις, αὐτὸς πρὸς τὸ στρατόπεδον ἐξιππάσατο, καὶ τὰ αὐτὰ τῷ δήμῳ συνέπεισε καὶ τοὺς στρατιώτας ψηφίσασθαι. ὁ δέ γε Ταρκύνιος τὰ συμβεβηκότα μαθὼν καὶ πρὸς τὴν πόλιν ἐπειχθεὶς ἀπεώσθη, καὶ πρὸς τοὺς Ταρκυνησίους μετὰ τῶν παίδων καὶ D τῶν ἄλλων ὁμοφρόνων κατέφυγε, μόνης τῆς Τουλλίας, ὡς λόγος, ἑαυτὴν ἀνελούσης.

Ὁ μὲν οὖν Ταρκύνιος πέντε καὶ εἴκοσι τυραννήσας ἐνιαυτοὺς οὕτως ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς, (12) οἱ Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς τὸν Βροῦτον ἀπέκλιναν καὶ αὐτὸν εἵλοντο ἄρχοντα. ἵνα δὲ μὴ ἡ μοναρχία βασιλεία δοκῇ, καὶ συνάρχοντα αὐτῷ ἐψηφίσαντο τὸν τῆς Λουκρητίας ἐκείνης ἄνδρα τὸν Κολλατῖνον Ταρκύνιον, ὡς ἀπεχθῶς

13 ἐπεχθεὶς BW. "alter e Regiis codicibus et Colberteus ἐπειχθεὶς, alter Regius ἐπιχθεὶς" Ducangius. 17 τυραννήσας AC, τυραννίσας PW. ἐνιαυτοὺς om C.

Fontes. *Cap. 12. Plutarchi Publicola. Dionis historiae Romanae libri deperditi.*

fletu et suspiriis exposuit. deinde subiecit "ego quae me decent faciam: vos si viri estis, et necem meam ulciscemini, et vosmetipsos in libertatem vindicabitis, ac tyrannis ostendetis quales viros qualemque matronam violarint." haec elocuta statim pugione clam arrepto se ipsa interemit.

His illi auditis et visis ingentem dolorem ceperunt. Brutus vero Publii consilio et alacri opera usus matronam multis e populo iacentem ostendit, et apud caeteros habita contione fecit ut occultum tyrannorum odium erumperet, seque Tarquinium non amplius recepturos affirmarent. his actis Brutus urbe aliis commissa in castra equitavit, eademque militibus quae populo persuasit. Tarquinius re cognita ad urbem properans excluditur, et cum liberis caeterisque amicis Tarquinios confugit: nam sola Tullia sibi ipsa manus attulisse fertur.

Sic Tarquinius regno pulsus est, quod per annos 25 violenter administrarat: (12) Romani vero Brutum, inclinatis in eum studiis, magistratum elegerunt. verum ne monarchia regia reducta videretur, Lucretiae maritum Tarquinium Collatinum ei collegam dederunt, qui ob

πρὸς τοὺς τυράννους πιστευόμενον ἔχειν διὰ τὴν βίαν τῆς γυναικός. ἐκ δέ γε Ταρκυνίου πρέσβεις εἰς Ῥώμην ἦκον περὶ καθόδου διαλεγόμενοι· ὡς δ' οὐδὲν ἤνυον, ἕτεροι αὖθις ἐπέστησαν, ἀφίστασθαι τῆς βασιλείας καὶ παύειν τὸν πόλεμον λέγοντες τὸν Ταρκύνιον εἰ τὰ χρήματα δοθείεν αὐτῷ καὶ τοῖς φίλοις καὶ τοῖς οἰκείοις, ἀφ' ὧν διαβιώσονται φεύγοντες. ἐπικλωμένων δὲ πολλῶν καὶ αὐτοῦ Κολλατίνου τοῦ τῷ Βρούτῳ συνάρχοντος, εἰς ἀγορὰν ὁ Βροῦτος ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ἐξέδραμε, προδότην τὸν Κολλατῖνον ἀποκαλῶν, πολέμου καὶ τυραννίδος ἀφορμὰς χαριζόμενον. P I 334

Οἱ πρέσβεις δὲ ἐπὶ τῇ τῶν χρημάτων προφάσει τῇ Ῥώμῃ ἐνδιατρίβοντες ἴσχυσαν διαφθεῖραι τῶν ἐπισήμων τινάς, μεθ' ὧν καὶ δύο τοῦ Βρούτου παῖδας ἔπεισαν ἐν τῇ προδοσίᾳ γενέσθαι. ὡς οὖν συνέπεισαν τὰ μειράκια, ἔδοξε καὶ ὅρκον προβῆναι, καὶ ἐπὶ τούτοις εἰς οἰκίαν συνῆλθον. ἦν δὲ ὁ οἶκος ὑπέρημος καὶ σκοτώδης. ἔλαθεν οὖν ἔνδον ὢν οὐκ ἐκ προνοίας ἀλλὰ τυχαίως οἰκέτης ὄνομα Οὐϊνδίκιος, καὶ κατακρυφθεὶς ἐκεῖ θεατής τε τῶν δρωμένων ἦν καὶ τῶν βεβουλευμένων ἐπήκοος· ἅπερ ἦσαν, τοὺς ὑπάτους ἀνελεῖν καὶ τὴν πόλιν προδοῦναι· καὶ ταῦτα τῷ Ταρκυνίῳ διὰ τῶν πρέσβεων ἐπεστάλκασιν. ἀπελθόντων δὲ τοῦ οἰκήματος τῶν συνωμοτῶν, ἐξελθὼν ὁ οἰκέτης ἅπαντα κατεμήνυσε. καὶ οἵ τε τὴν προδοσίαν μελετήσαντες συνελήφθησαν, καὶ τὰ γράμματα ἐκομίσθησαν· καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν προαχθέντων αὐ- B

10 τῇ ῥωμαίων A. 13 προβῆναι ABC, προθεῖναι PW. 14 ὑπέρημος] ὑπέρμηκος A. 16 "Οὐϊνδίκιος] ita alter e Regiis: at alter et Colberteus Ιουνδίκιος praeferunt" Ducangius. τε om A. 17 ἦν om C. 18 ἀνελεῖν om C. 19 ἐστάλκασιν AC. 21 τὰ om C.

vim uxori suae factam tyrannis infestus esse crederetur. a Tarquinio legati reditum flagitantes missi, tum re infecta discesserunt: post reversi rettulerunt, si bona sua ipsi, amicis et necessariis redderentur, unde exsilium tolerarent, eum regno cessurum et bellum depositurum esse. qua petitione cum multi flecterentur, atque ipse adeo Collatinus Bruti collega, Brutus e curia in forum excurrit, Collatinum proditorem appellat, qui belli et tyrannidis instrumenta largiretur.

Legati per speciem repetendae pecuniae Romae commorati nobiles aliquot adolescentes corrumpere atque inter alios etiam Bruti filios duos ad proditionem impellere studuerunt. a quibus benigne accepta oratione visum est pacta iureiurando sancire; eaque de causa in aedes paene desertas et obscuras ingressi non animadverterunt ibi esse Vindicium servum, qui non de industria sed forte fortuna ibi delitescens spectator actorum et auditor sermonum fuit; quae omnia ad caedem consulum et proditionem urbis spectabant, additis etiam ad Tarquinium litteris. coniuratis digressis servus omnia defert. illi capiuntur, litterae

τῶν καὶ τὸν Οὐΐνδικα παρεστήσαντο. τά τε γράμματα ἀνεγνώσθησαν· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐν κατηφείᾳ ἦσαν καὶ σιωπῇ, ὁ δὲ Βροῦτος ὀνομαστὶ τῶν υἱέων ἑκάτερον προσειπών "οὐκ ἀπολογεῖσθε" C ἔφη "πρὸς τὴν κατηγορίαν;" τῶν δὲ σιωπώντων στραφεὶς πρὸς τοὺς ὑπηρέτας "ὑμέτερον" εἶπεν "ἤδη λοιπὸν τὸ ἔργον." οἱ δὲ συλλαβόντες τοὺς νεανίσκους ῥάβδοις κατέξαινον. καὶ τῶν ἄλλων ἐπικλωμένων τοῖς πάσχουσιν, ὁ πατὴρ οὔτ' ἀλλαχόσε τὰς ὄψεις ἀπήγαγεν οὔτε μὴν οἴκτου τι ἐνεδείξατο μέχρι πελέκει τὰς κεφαλὰς τῶν παίδων ἀπέκοψαν. τοῦτο δὲ οὔτ' ἐπαινεῖν οὔτε ψέγειν ἐστὶ ῥᾴδιον· ἢ γὰρ ἀρετῆς ὕψος εἰς ἀπάθειαν ἐξέστησεν αὐτοῦ τὴν ψυχήν, ἢ πάθους μέγεθος εἰς ἀναλγησίαν· οὐδέτερον δὲ μικρὸν οὐδ' ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἢ θεῖον ἢ θηριῶδες.

Οὕτω δὲ τούτων θανόντων καὶ περὶ τῶν ἄλλων συνωμοτῶν ψῆφον ἐνεγκεῖν ὁ Βροῦτος ἀπήτητο. ὁ δέ "τοῖς μὲν υἱέσιν" εἶπεν D "αὐτὸς ἀποχρῶν εἰμι δικαστής, περὶ δὲ τῶν ἄλλων τοῖς πολίταις ἐλευθέροις οὖσι τῆς ψήφου παραχωρῶ." ψήφου τοίνυν δοθείσης πάντες ἐπελεχίσθησαν. ἦσαν δὲ τούτων τινὲς τῷ Κολλατίνῳ προσήκοντες· δι' οὓς καὶ ὠργίζετο. ὅθεν ὁ Βροῦτος οὕτω κατ' αὐτοῦ τὸν δῆμον παρώξυνεν ὡς μικροῦ δεῖν καὶ αὐτοχειρίᾳ αὐτὸν ἀνελεῖν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησαν, τὴν δ' ἀρχὴν ἠνάγκασαν αὐτὸν ἀπειπεῖν. εἵλοντο δὲ ἀντ' ἐκείνου συνάρχοντα Πόπλιον Οὐαλλέριον, ὃς Ποπλικόλας προσωνομάσθη· δηλοῖ δ' ἡ κλῆσις ἐξελληνιζομένη δημοκηδῆ ἢ δημοτικώτατον.

1 *Οὐΐνδικα* libri omnes. 5 *λοιπὸν τὸ* A, *τὸ λοιπὸν* PW, *τὸ λοιπὸν τὸ* Plutarchus vulgo. 10 *ἐξανέστησεν* B. 19 *δεῖν* om AB. *αὐτοχειρίοις* C.

afferuntur. deducuntur in forum: adstante Vindicio litterae recitantur. aliis maestum silentium tenentibus Brutus nominatim utrumque filium allocutus "non depellitis" inquit "crimen?" illis tacentibus ad lictores conversus "quod restat" ait "vestri muneris est." ii adolescentes arreptos flagris ceciderunt. quorum misericordia cum alii moverentur, pater neque oculos alio avertit neque ullum misericordiae signum dedit, quoad securi percussi sunt. hoc factum neque laudare neque vituperare promptum est: aut enim virtutis altitudo perturbationes omnes in eius animo oppressit, aut calamitatis magnitudo ei stuporem attulit. neutrum vero exiguum est aut humanum, sed aut divinitatis aut belluinae immanitatis.

His interfectis a Bruto postulatum est ut de caeteris quoque pronuntiaret. ad quae ille "liberis" inquit "meis idoneus fui iudex, de caeteris vero civibus iam liberis suffragia ferenda permitto." sententiis latis omnes securi sunt percussi, atque inter alios cognati aliquot Collatini: ob quos cum irasceretur, populi a Bruto concitati manibus paene discerptus esset. magistratus tamen ei est abrogatus, P. Valerio successore dato; cui a cultu et observantia populi cognomentum fuit Publicola: graece *δημοκηδής* sive *δημοτικώτατος*.

Ταρκύνιος δὲ ἀπογνοὺς τὴν ἐκ προδοσίας τῆς βασιλείας ἀνά- P I 335
ληψιν, προσῄει τοῖς Τυρσηνοῖς. οἱ δὲ δυνάμει βαρείᾳ κατῆγον W II 19
αὐτόν. ἀντεξῆγον δὲ καὶ τοὺς Ῥωμαίους οἱ ὕπατοι. ἀρχομένης
δὲ τῆς μάχης Ἄρρων ὁ Ταρκυνίου παῖς καὶ Βροῦτος ὁ Ῥωμαίων
ὕπατος ἀλλήλοις περιπεσόντες ἐμάχοντο, καὶ ἀφειδήσαντες ὑπὸ
θυμοῦ ἑαυτῶν συναπέθανον. μεγάλης δὲ τῆς μάχης γενομένης καὶ
πολλῶν ἑκατέρωθεν πεσόντων ἄκριτος ἦν ἡ νίκη. νυκτὸς δ' ἐπελ-
θούσης λέγεται σεισθῆναι τὸ ἄλσος παρ' ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο, καὶ
φωνὴν ἐκπεσεῖν ἐκεῖθεν μεγάλην φράζουσαν ἑνὶ πλείους τεθνάναι
Τυρρηνῶν ἢ Ῥωμαίων. ἅμα δὲ τῇ φωνῇ Ῥωμαῖοι μὲν μέγα καὶ B
θαρσαλέον ἠλάλαξαν, πτοία δ' ἐνέπεσε Τυρρηνοῖς· καὶ θορυβη-
θέντες τοῦ στρατοπέδου ἐξέπεσον· εἷλον δ' οἱ Ῥωμαῖοι τοῦτο καὶ
διηρπάκασιν. ἀριθμηθέντες δὲ οἱ νεκροὶ τῶν ἐν τῇ μάχῃ θανόν-
των εὑρέθησαν οἱ μὲν τῶν Τυρρηνῶν ἐπὶ μυρίοις χιλιοι καὶ τρια-
κόσιοι, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι παρ' ἕνα τοσοῦτοι. ἐθριάμβευσε δὲ Οὐαλ-
λέριος Ποπλικόλας πρῶτος ὑπατεύων.

Ὁ δὲ Ταρκύνιος μετὰ τὴν μεγάλην μάχην, ἐν ᾗ καὶ τὸν υἱὸν
ἀπέβαλε μαχεσάμενον Βρούτῳ, καταφυγὼν εἰς τὸ Κλούσιον ἱκέ-
τευε Κλάραν Πορσίναν, ἄνδρα μεγίστην ἔχοντα δύναμιν τῶν Ἰτα- C
λικῶν βασιλέων· καὶ ὃς αὐτῷ βοηθήσειν ὑπέσχετο. καὶ πρῶτον
μὲν ἔπεμψεν εἰς Ῥώμην κελεύων δέχεσθαι τὸν Ταρκύνιον, ὡς δὲ
οὐχ ὑπήκουσαν, ἀφίκετο μετὰ βαρείας δυνάμεως. Ποπλικόλας

9 *φράζουσαν* om A. 14 *καὶ* om AC. 19 *κλάραν* ABC Plutarchus, *Λάρτην* PW.

Tarquinius desperata per proditionem regni recuperatione ad Tyrrhenos se contulit. a quibus cum magnis copiis reduceretur, consules in aciem Romanos eduxerunt. ac pugnae principio Aruns Tarquinii filius et Brutus consul Romanus adeo infestis animis inter se concurrerunt, ut neuter, dum hostem vulneraret, sui protegendi corporis memor, uterque ictu contrario transfigeretur. acri orto praelio et multis utrinque caesis incerta victoria fuit. sub noctem concusso luco, iuxta quem castra erant posita, ingens vox edita est quae diceret, uno plus Etruscorum cecidisse in acie: vincere bello Romanum. unaque cum ea voce Romani magno et confidenti clamore sublato terrorem incusserunt Tyrrhenis, ut per tumultum castra desererent; quae a Romanis capta et direpta sunt. numeratis interfectorum cadaveribus, Tyrrhenorum 11300 sunt reperta, Romanorum uno minus totidem. Valerius Publicola primus in consulatu triumphavit.

Tarquinius post magnam illam pugnam, in qua filium quoque amiserat a Bruto interfectum, Clusium supplex confugit ad [Lartem] Porsenam, Italicorum regum potentissimum: qui auxiliis promissis, cum primum per legatos a Romanis ut Tarquinium reciperent non impetrasset, cum magno venit exercitu. Valerius Publicola denuo consul creatus vulneri-

δὲ Οὐαλλέριος εἰς ἀρχὴν τὸ δεύτερον αἱρεθεὶς καὶ μάχην συνάψας καὶ τραυματισθεὶς φοράδην τῆς μάχης ἐξεκομίσθη. ἐπικειμένου δὲ τοῦ Πορσίνα τῇ πόλει λιμὸς ἥπτετο τῶν Ῥωμαίων. ἔκ τινος δὲ συμβεβηκότος ἢ μᾶλλον ἐκ προνοίας γενομένου ὁ Πορσίνας τὸν πρὸς Ῥωμαίους κατέλυσε πόλεμον. ἀνὴρ γάρ τις Μούκιος Κόρδος, εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθός, ἐν δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἄριστος, Σκαιόλας τὴν ἐπίκλησιν, ὃ δηλοῖ τὸν μονόχειρα ἢ μὴ ἀρτιόχειρα, τὸν Πορσίναν ἀνελεῖν βουλευσάμενος παρῆλθεν εἰς τὸ ἐκείνου στρατόπεδον, Τυρσηνίδα φορῶν ἐσθῆτα καὶ ὁμοίᾳ κεχρημένος φωνῇ. καὶ σαφῶς μὲν τὸν Πορσίναν οὐκ εἰδώς, ἔρεσθαι δὲ δεδιώς, τὸν γραμματέα αὐτοῦ συγκαθήμενον αὐτῷ καὶ ὁμοίως ἔχοντα τῆς στολῆς σπασάμενος τὸ ξίφος ἀπέκτεινε. καὶ συλληφθεὶς ἀνεκρίνετο· ἐσχαρίδος δέ τινος τῷ Πορσίνᾳ μέλλοντι θύειν τότε κεκοσμημένης, ὑποσχὼν τὴν χεῖρα καιομένης τῆς σαρκὸς εἱστήκει πρὸς τὸν Πορσίναν ἀποβλέπων ἀτρέπτῳ προσώπῳ (ὅθεν αὐτῷ τῆς χειρὸς φθαρείσης ἐγένετο ἡ ἐπίκλησις) μέχρι θαυμάσας ἐκεῖνος ἀφῆκεν αὐτόν. ὁ δὲ Σκαιόλας ἕτερον τρόπον ἐσοφίσατο τὸν ἐχθρόν, καὶ εἶπε "τὸν φόβον σου, Πορσίνα, νενικηκὼς ἥττημαί σου τῆς ἀρετῆς, καὶ χάριτι μηνύω ἃ πρὸς ἀνάγκην οὐκ ἂν ἐξηγόρευσα. τριακόσιοι Ῥωμαίων τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντες ἐν τῷ στρατοπέδῳ σου διατρίβουσιν, ὧν ἐγὼ προεπιχειρήσας κλήρῳ λαχὼν οὐκ ἄχθομαι τῇ τύχῃ, διαμαρτὼν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ φίλου μᾶλλον ἢ πολεμίου Ῥωμαίοις

1 καὶ μάχην σ. κ. τραυματισθεὶς om C. 4 γεγενημένον A, γεγενημένης C. τὸν] τῶν A. 10 ἔρεσθαι] sic libri. 13 κεκομισμένης B et Plutarchus vulgo. immo ὑπερσχὼν, ex Plutarcho. 15 ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ Plutarchus. 19 οὐκ ἂν] οὐδὲν B. 20 ἐμοὶ] ἐμὴν A. 21 προσεπιχειρήσας A.

bus acceptis lectica ex pugna elatus est. Porsena urbem premente Romanos annonae penuria afflixit. sed casu quodam ac potius divino consilio factum est ut Porsena bellum omitteret. nam quidam Mucius Cordus cum omni virtute praestans tum militari fortitudine praestantissimus, cognomento Scaevola, Tyrrheno habitu, sermonem etiam Tyrrhenorum imitans, hostium castra ingressus, cum Porsenam non satis nosset nec rogare auderet, scribam cum rege sedentem pari ornatu stricto ense interfecit. comprehensus cum interrogaretur, dextra accenso ad sacrificium foculo iniecta, interim dum caro uritur intrepido vultu Porsenam intuens adstitit (unde a clade manus id ei cognomentum est inditum), donec eum rex prope attonitus miraculo dimisit. tum vero hostem alio modo fefellit his verbis "victo tui metu, virtuti tuae succubui; ac beneficio a me feres quod minis nequivisses. trecenti Romani iisdem praediti animis in castris tuis versantur: mea prima sors fuit. neque fortunae succenseo

εἶναι προσήκοντος." ἐντεῦθεν ὁ Πορσίνας πρὸς τὰς συμβάσεις ἐγένετο προθυμότερος.

Ὁ δὲ Ποπλικόλας τὸ τρίτον ὑπατεύων τότε προὐκαλεῖτο συνεχῶς τὸν Ταρκύνιον ἐπὶ δίκῃ, ὡς ἐξελέγξων κάκιστον καὶ ἐκπεπτωκότα τῆς ἀρχῆς ἐνδικώτατα, τοῦ Πορσίνου δικάζοντος. ἀποκρινα- μένου δὲ Ταρκυνίου μὴ αἱρεῖσθαι Πορσίναν διαιτητὴν εἰ σύμμαχος B ὢν μεταβάλλεται, καταγνοὺς ὁ Πορσίνας τὸν πόλεμον κατελύσατο. καὶ μετὰ ταῦτα δὲ πολλάκις μὲν ἐπεχείρησαν οἱ Ταρκύνιοι τὴν βασιλείαν ἀναλαβεῖν, τοῖς ὁμοροῦσι Ῥωμαίοις ἔθνεσι συμμαχούμενοι, πάντες δὲ ἐν ταῖς μάχαις διεφθάρησαν, πλὴν τοῦ γέροντος, ὃς καὶ Σούπερβος ἐκαλεῖτο· εἴποι ἄν τις Ἕλλην ἀνήρ, ὑπερήφανος. κἀκεῖνος δὲ μετέπειτα εἰς Κύμην τὴν ἐν Ὀπικίᾳ γενόμενος ἐτελεύτησεν.

13. Οὕτω μὲν οὖν τοῖς Ταρκυνίοις τὰ πράγματα ἐπεράνθησαν· ἐκείνων δ' ἐξωσθέντων τῆς βασιλείας ὕπατοι, ὡς εἴρηται, παρὰ τῶν Ῥωμαίων ᾑρέθησαν. ὧν εἷς ἦν καὶ Πόπλιος Οὐαλλέριος, W II 20 ὃς τετράκις ὑπάτευσεν, ὁ καὶ Ποπλικόλας ἐπικληθείς. οὗτος οὖν C μόνος ἄρχων καὶ μὴ συνάρχοντα εἰληφὼς Ῥωμαίοις προσέκρουσε, λέγουσι μὴ τῆς τοῦ Βρούτου κληρονόμον ὑπατείας εἶναι, τῆς δὲ τοῦ Ταρκυνίου τυραννίδος διάδοχον, ὑπὸ ῥάβδοις ὁμοῦ πάσαις καὶ πελέκεσι προϊόντα ἐξ οἰκίας τοσαύτης τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος· καὶ γὰρ πολυτελεστέραν εἶχεν οἰκίαν ἐπικειμένην τῇ ἀγορᾷ. ταῦτα

2 ἐγίνετο B. 4 δίκην A. πεπτωκότα A. 10 ἐφθάρησαν AB. 14 δὲ B. 20 προσιόντα A.

Fontes. *Cap.* 13. ***Plutarchi Publicola. Dionis Historiae Romanae libri deperditi.***

quod a bono viro aberrarim, digniore qui Romanorum sit amicus quam hostis." ex eo Porsena propensior ad pacis condiciones evasit.

Publicola vero tum tertium consul Tarquinium subinde ad ius vocavit, ut eius improbitate declarata, vel Porsena iudice, iustissimo exsilio multatus existimaretur. sed cum Tarquinius respondisset se Porsenam non admittere arbitrum si belli socius esse desineret, Porsena causa eius improbata bellum deposuit. Tarquinii vero post etiam auxiliis finitimarum gentium regnum saepe recuperare conati, omnes in praeliis occubuerunt praeter senem, qui Superbus dicebatur: Graecis ὑπερήφανος. sed et ille tandem Cumis apud Opicos periit.

13. Tarquiniorum igitur res eo denique redierunt: illis autem pulsis Romani consules, ut dictum est, creaverunt. ex quorum numero P. Valerius quartum fuit consul, cognomento Publicola. qui cum sine collega magistratum gereret, Romani offensi eum non Bruti consulatus haeredem sed tyrannidis Tarquinii successorem exstitisse, qui cum omnibus fascibus et securibus ex aedibus tantis tamque splendidis prodiret, dixerunt. etenim domum sumptuosiorem habebat, foro propinquam. quo

ὁ Ποπλικόλας μαθών, τεχνίτας πλείστους συναγαγὼν νυκτὸς κατέβαλε τὴν οἰκίαν καὶ ταύτην κατέσκαψεν, ὥστε μεθ' ἡμέραν τοὺς Ῥωμαίους βλέποντας τὸ γενόμενον τὴν μὲν τοῦ ἀνδρὸς μεγαλοφροσύνην θαυμάζειν, ἄχθεσθαι δ' ὑπὲρ τῆς οἰκίας διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος. καὶ τοὺς πελέκεις δὲ τῶν ῥάβδων ἀπέλυσεν, αὐτάς τε τὰς ῥάβδους εἰς ἐκκλησίαν παριὼν ἀφῆκε τῷ δήμῳ. καὶ τὴν τῶν χρημάτων διοίκησιν ἄλλοις ἀπένειμεν, ἵνα μὴ τούτων ἐγκρατεῖς ὄντες οἱ ὑπατεύοντες μέγα δύνωνται. ὅτε πρῶτον οἱ ταμίαι γίνεσθαι ἤρξαντο· κοιαίστορας δ' ἐκάλουν αὐτούς. οἳ πρῶτον μὲν τὰς θανασίμους δίκας ἐδίκαζον, ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν ταύτην διὰ τὰς ἀνακρίσεις ἐσχήκασι καὶ διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐκ τῶν ἀνακρίσεων ζήτησιν· ὕστερον δὲ καὶ τὴν τῶν κοινῶν χρημάτων διοίκησιν ἔλαχον, καὶ ταμίαι προσωνομάσθησαν. μετὰ ταῦτα δ' ἑτέροις μὲν ἐπετράπη τὰ δικαστήρια, ἐκεῖνοι δὲ τῶν χρημάτων ἦσαν διοικηταί. ἀπέδειξε δὲ ἑαυτῷ συνάρχοντα τὸν τῆς Λουκρετίας πατέρα Λουκρίτιον. ταχὺ δὲ τούτου θανόντος ἡρέθη Μάρκος
P I 337 Ὁράτιος συνάρχειν αὐτῷ τὸν ὑπόλοιπον καιρὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ. αἱρεθεὶς δὲ καὶ αὖθις ὕπατος ὁ Ποπλικόλας ἔσχε συνυπατεύοντα Τίτον Λουκρίτιον.

Μετὰ δὲ ταῦτα Σαβίνων ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν ὕπατος ἀνεδείχθη Μάρκος Οὐαλλέριος ἀδελφὸς Ποπλικόλα καὶ Ποστούμιος Τούβερτος. πραττομένων δὲ τῶν πολέμων γνώμῃ καὶ παρουσίᾳ τοῦ Ποπλικόλα, δυσὶ μάχαις ὁ Μάρκος ἐνίκησεν, ὧν ἐν τῇ

3 βλέποντας τοὺς ῥωμαίους B. 6 ὑφῆκε Plutarchus. 9 ἤρξαντο γίνεσθαι A. Κοιαίστωρας PW. 11 post ἀληθείας PW add τῆς, om A. ἐκ om A. 12 χρημάτων κοινῶν C. 18 καὶ αὖθις δὲ B, δὲ αὖθις C. 21 ἀπεδείχθη Plutarchus. οὐαλέριος B. 22 πολέμων] μεγίστων Plutarchus.

Publicola cognito plurimis opificibus arcessitis aedes noctu destruxit atque evertit; ut Romani mane id videntes simul et magnitudinem animi eius mirarentur et tantam tamque praeclaram domum eversam esse dolerent. secures quoque a fascibus removit; et fasces ipsos, tum in contionem prodibat, populo submisit. pecuniae item tractationem aliis mandavit, ne consulum per eam potentia augeretur, tum primum quaestoribus designatis. ii principio causarum capitalium cognitioni praefuere, ab inquisitione veritatis quaesitores appellati: deinde etiam aerario sunt praefecti. postea iudiciis aliorum curae commissis illi publicas pecunias administrabant. collegam sibi adscivit Lucretiae patrem Lucretium. quo brevi mortuo M. Horatius in illius locum suffectus reliquum temporis consul fuit. Publicola rursus consul factus collegam habuit T. Lucretium.

Deinde cum Sabini in agrum Romanum duxissent exercitum, consules designati sunt M. Valerius Publicolae frater et Postumius Tubertus. sed cum res bellicae consilio et praesentia Publicolae administra-

δευτέρᾳ μηδένα Ῥωμαίων ἀποβαλὼν τρισχιλίους ἐπὶ μυρίοις τῶν πολεμίων ἀνεῖλε.

Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει πάλιν ὑπάτευε Ποπλικόλας. καὶ προσεδοκᾶτο Σαβίνων τε καὶ Λατίνων ὁμονοησάντων κατὰ τῆς Ῥώμης B
προσέλασις. ἦν δ' ἐν Σαβίνοις ἀνὴρ Ἄππιος Κλαύδιος ἔν τε χρήμασι καὶ σώματος ῥώμῃ πρωτεύων, ἐν ἀρετῆς δὲ μάλιστα δόξῃ ἐπιφανὴς καὶ λόγου δεινότητι· ὃς διὰ ταῦτα φθονούμενος ἐπιβουλεύετο παρὰ τῶν ὁμογενῶν ὅτι συνεβούλευε καταπαίειν τὸν πόλεμον. διὸ αὐτός τε τῇ Ῥώμῃ προσεληλύθει, καὶ πολλοὺς τῶν φίλων τε καὶ οἰκείων συνέπεσθαί οἱ συνέπεισεν. οὓς ὁ Ποπλικόλας φιλοφρόνως ἐδέξατο, τῇ βουλῇ τὸν Κλαύδιον προσγραψάμενος. ὅθεν ἐμφρόνως πολιτευόμενος ἀνέδραμεν εἰς τὸ πρῶτον ἀξίωμα, καὶ C
γένος μέγα τὸ Κλαυδίων κατέλιπεν ἐπὶ πλεῖστον ἀνθῆσαν καὶ προελήλυθὸς εἰς δόξης ἀκρότητα. οἱ δὲ Σαβῖνοι καὶ τοῦτο τοῦ πολέμου ποιησάμενοι πρόφασιν, στρατῷ μεγάλῳ κατὰ τῆς Ῥώμης ἐπήλασαν. οἷς τοὺς Ῥωμαίους ὁ Ποπλικόλας ἀντεπαγαγών, καὶ στρατηγήσας ὡς ἄριστα, μικροῦ πάντας ἀπώλεσε· καὶ τὸν δῆμον ἐκ τῶν λαφύρων καὶ τῶν αἰχμαλώτων ὠφέλησεν. ἀγαγὼν δ' ἐπὶ τῇ νίκῃ θρίαμβον, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ὑπάτοις παραδοὺς τὴν πόλιν, εὐθὺς ἐτελεύτησε, δημοσίᾳ ταφεὶς καὶ θρηνηθεὶς ἐφ' ὅλον ἐνιαυτόν.

Οἱ μέντοι Σαβῖνοι δι' ὀργὴν ὧν ἔπαθον οὐδὲ τὸν χειμῶνα

5 δ' ἐν] δὲ A. Ἄππιος Κλαῦσος Plutarchus. 6 καὶ ῥώμῃ σώματος A. 7 ὃς AB, καὶ PW. 10 ὁ add A. 11 post ὅθεν A add καί. 13 προσεληλυθὸς AB, προελήλυθὼς PW. 18 ἀναγαγὼν C.

rentur, Marcus duobus praeliis victor, in posteriore tredecim milibus hostium caesis nullum civem amisit.

Sequente anno, denuo consule Publicola, concors Sabinorum et Latinorum adversus Romam expeditio exspectabatur. erat autem in Sabinis Appius Claudius, vir et opibus et robore corporis praestans, sed opinione virtutis et eloquentia in primis clarus. quas ob res invidia popularium suscepta, cum ob dissuasum bellum insidiis appeteretur, magna amicorum et clientium comitatus manu Romam transfugit. quibus a Publicola benigne susceptis Appius inter patres lectus haud ita multo post prudentia gerendae rei publicae ad primam dignitatem pervenit, ac gentem Claudiam reliquit, quae tempore longissimo floruit, summam adepta auctoritatem. Sabini vero eam quoque belli causam nacti cum magno exercitu Romam invaserunt. quos Publicola optimi ducis officiis functus paene omnes interfecit; populoque spoliis hostium et captivis locupletato triumphum duxit. ac re publica sequentibus consulibus tradita statim obiit, publicis sumptibus elatus, annuo matronarum luctu.

Caeterum Sabini ex dolore acceptae cladis ne hiberno quidem

D ἠρέμησαν, ἀλλὰ τὴν Ῥωμαΐδα χώραν κατέδραμον, καὶ τὸν Ποστούμιον ἐκάκωσαν τὸ δεύτερον ὑπατεύοντα· καὶ εἶλον ἂν αὐτὸν πανσυδί, εἰ μὴ Μενήνιος Ἀγρίππας ὁ συνάρχων αὐτῷ ἐπεκούρησε. προσπεσόντες δὲ αὐτοῖς πολλοὺς ἔφθειραν, ὥστε τοὺς λοιποὺς ἀναχωρῆσαι. μετὰ δὲ ταῦτα Σπούριός τε Κάσσιος καὶ Ὄπιτώριος
W II 21 Οὐεργίνιος ὑπατεύοντες τοῖς Σαβίνοις ἐσπείσαντο. Καμέριον δὲ τὸ ἄστυ ἑλόντες τοὺς μὲν πλείους ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ λοιποὺς ζωγρήσαντες ἀπέδοντο, καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψαν.

Ποστούμιος δὲ Κομίνιος καὶ Τίτος Λάρκιος δούλους τινὰς ἐπὶ καταλήψει τοῦ Καπιτωλίου συνωμοσίαν θεμένους συλλαβόντες
P 1 338 ἔφθειραν. Σερούϊός τε Σουλπίκιος καὶ Μάρκος Τούλλιος ἑτέραν αὖθις συνωμοσίαν δούλων καὶ ἄλλων δή τινων συστάντων αὐτοῖς προκατέλαβον, ἀγγελθεῖσαν αὐτοῖς πρός τινων τῶν τῆς ἐπιβουλῆς μετεχόντων. οὓς καὶ συσχόντες περισταδὸν κατέκοψαν. τοῖς δὲ μηνυταῖς ἄλλα τε καὶ πολιτεία ἐδόθη.

Αὖθις δὲ πολέμου παρὰ Λατίνων κατὰ Ῥώμης κεκινημένου οὐκ ἤθελον οἱ πολλοὶ τὰ ὅπλα λαβεῖν, ἀποκοπὴν τῶν χρεῶν ἀξιοῦντες γενέσθαι. καὶ διὰ τοῦτο καινήν τινα ἀρχὴν ἐπ' ἀμφοτέροις αὐτοῖς τότε πρῶτον οἱ δυνατοὶ κατεστήσαντο· δικτάτωρ ὁ ταύτης
B ἠξιωμένος ὠνόμαστο, ἠδύνατο δὲ πάντα ἐξ ἴσου τοῖς βασιλεῦσι. τὴν μὲν γὰρ τοῦ βασιλέως ἐπωνυμίαν διὰ τοὺς Ταρκυνίους ἐμίσησαν, τὴν δ' ἐκ τῆς μοναρχίας ὠφέλειαν θέλοντες, ὡς πολὺ ἰσχυού-

2 στούμιον A. 5 κάσιος B. 6 ὑπατεύσαντες B. καμέριον ABC, *Καμερίνον* PW: Livius *Pometiam.* 9 καμίνιος ABC. qui Livio *Postumus Cominius.* 11 τάλλιος A. Livio *Ser. Sulpicius, M'. Tullius.* 16 κατὰ] ἀπὸ C. 20 πάντα ἐξ ἴσου AB, ἐξ ἴσου πάντα PW. τοῖς om B ut videtur.

tempore quieverunt, sed incursione in Romanum agrum facta Postumium iterum consulem afflixerunt: eumque cum exercitu cepissent, nisi Menenius Agrippa collega ei auxilio venisset. tum vero uterque consul facto in hostes impetu multos occidit, reliquos profligavit. post haec Spurius Cassius et Opiter Verginius consules pacem cum Sabinis fecerunt, et Camerino capto plerosque occiderunt: reliqui oppido everso venierunt.

Postumius Cominius et T. Lartius aliquot servos, qui de occupando Capitolio coniurarant, occiderunt: quemadmodum Servius Sulpicius et M. Tullius post aliam quoque coniurationem servorum oppresserunt, a consciis quibusdam indicatam, et coniuratos corona circumdatos trucidarunt. indicibus cum alia praemia tum civitas data.

A Latinis iterum bello moto plebs arma capere noluit, novas tabulas flagitans. quapropter locupletes tunc primum novum magistratum crearunt, pari in omnes auctoritate, potentia regia praeditum: quem dictatorem vocarunt. nam cum regis cognomentum propter Tarquinios odissent, ac monarchiae utilitates magna vi ad bella et seditionum tumul-

σης ἐς τὰς τῶν πολέμων καὶ τῶν στάσεων περιστάσεις, ἐν ἄλλῳ ταύτην ὀνόματι εἵλοντο. ἦν μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, ἡ δικτατορία κατά γε τὴν ἐξουσίαν τῇ βασιλείᾳ ἰσόρροπος, πλὴν ὅτι μὴ ἐφ' ἵππον ἀναβῆναι ὁ δικτάτωρ ἠδύνατο εἰ μὴ ἐκστρατεύεσθαι ἔμελλεν, οὔτε ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων ἀναλῶσαί τι ἐξῆν αὐτῷ εἰ μὴ ἐψηφίσθη· δικάζειν δὲ καὶ ἀποκτείνειν καὶ οἴκοι καὶ ἐν στρατείαις ἠδύνατο, καὶ οὐ τοὺς τοῦ δήμου μόνους ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἱππέων καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς βουλῆς. καὶ οὔτ' ἐγκαλέσαι τις αὐτῷ οὔτ' ἐναντίον τι διαπράξασθαι ἴσχυεν, οὐδὲ οἱ δήμαρχοι, οὔτε δίκη ἐφέσιμος ἐγένετο ἀπ' αὐτοῦ. οὐκ ἐπὶ πλέον δὲ τῶν ἓξ μηνῶν ἡ τῆς δικτατορίας ἀρχὴ παρετείνετο, ἵνα μή τις αὐτῶν ἐν τοσούτῳ κράτει καὶ ἐξουσίᾳ ἀκράτῳ χρονίσας ὑπερφρονήσῃ καὶ πρὸς ἔρωτα μοναρχίας ἐκκυλισθῇ. ὅπερ ἐς ὕστερον καὶ ὁ Καῖσαρ Ἰούλιος ἔπαθεν, ἐπεὶ παρὰ τὰ νενομισμένα τῆς δικτατορίας ἠξίωτο.

14. Τότε μὲν οὖν δικτάτορος γενομένου Λαρκίου οὐδὲν ὁ δῆμος ἐνεωτέρισεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ἐγένοντο. τῶν δὲ Λατίνων ἡσυχίαν ἀγόντων ἐπὶ συνθήκαις, οἱ δανεισταὶ τοὺς ὀφειλέτας μετεχειρίζοντο βιαιότερον, καὶ ὁ δῆμος αὖθις ἐστασίαζε διὰ τοῦτο ὥστε καὶ εἰς τὸ συνέδριον συνδραμεῖν· καὶ πάντες ἂν ὑπὸ τῶν εἰσπεσόντων ἐν αὐτῷ διεφθάρησαν, εἰ μή τινες τοὺς Οὐολούσκους

2 μὲν om A. δικτατορία A, et sic ubique; Δικτατωρία PW hic et infra aliquoties. 3 τῇ ἐξουσία C. 6 δὲ] τὲ A. 10 ἐγίνετο AB. 11 παρετείνετο ABC, παρετείνατο PW. 12 ὑπερφρονήση A, ὑπερφρονήσει PW. 20 οὐολούσκους AC, Οὐολόσκους PW.

Fontes. *Cap.* 14. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Vaticana* 12 13 *p.* 143 *sq.*

tus praeditae expeterent, verbo reiecto rem ipsam sub alio nomine sunt amplexi. fuit igitur, ut dixi, dictatura potestate regno par; praeterquam quod dictatori equum conscendere non licebat nisi ad bellum ituro, neque ullos ex aerario sumptus facere sine decreto. sed ius dicere et capite plectere domi et militiae non plebeios duntaxat sed et equestris et senatorii ordinis licuit, nemine eum vel accusare vel intercedere audente, ac ne ipsis quidem tribunis plebis: neque ab eo provocatio fuit. dictatura tamen ultra sex menses non extendebatur, ut ne quis in tanta potestate et auctoritate maxima diutius immoratus per superbiam in monarchiae cupiditatem delaberetur: id quod post Iulio Caesari accidit, dictaturam contra morem maiorum consecuto.

14. Tunc igitur Lartio dictatore creato populus novarum rerum studio repudiato in armis fuit. sed Latino bello pactionibus sopito, cum creditores nomina sua violentius tractarent, tanta plebis orta est indignatio, ut in curiam concursus fieret; atque in eo tumultu patres occisi essent, nisi quidam nuntiassent Volscos infesto exercitu ad urbem op-

εἰς τὴν χώραν ἐμβαλεῖν ἤδη κατήγγειλαν. πρὸς δὲ τὴν τοιαύτην ἀγγελίαν ὁ δῆμος ἠρέμησεν, οὐχὶ φεισάμενος τῆς βουλῆς, ἀλλ' ὡς παρὰ τῶν πολεμίων ὅσον οὔπω φθαρησομένης. διὸ οὔτε τοῦ τείχους ἔθεντο φυλακήν, οὔτε τινὰ παρεῖχον βοήθειαν, μέχρις ὁ Σερούϊλιος τούς τε ἐξ ὑπερημερίας κρατουμένους ἀφῆκε, καὶ ἄδειαν τῶν εἰσπράξεων καθόσον στρατεύοιντο ἐψηφίσατο, καὶ κουφίσαι
P I 339 τὰ χρέα ὑπέσχετο. τότε μὲν οὖν διὰ ταῦτα τοῖς πολεμίοις ἐπεξελθόντες ἐνίκησαν· μήτε δὲ τῶν χρεῶν κουφισθέντες μήτ' ἄλλου μηδενὸς τυχόντες ἐπιεικοῦς, καὶ πάλιν ἐθορύβουν τε καὶ ὠργίζοντο, καὶ κατὰ τῆς βουλῆς καὶ τῶν στρατηγῶν ἐστασίαζον.

Πολέμου δὲ αὖθις ἐπενεχθέντος οἱ μὲν στρατηγοὶ χρεῶν ἀποκοπὰς ἐψηφίζοντο, ἠναντιώθησαν δ' ἕτεροι· διὸ καὶ δικτάτωρ ἐρρήθη Οὐαλλέριος Μάρκος, ἐκ τῆς τοῦ Ποπλικόλα συγγενείας γενόμενος καὶ τῷ πλήθει φιλούμενος· ἔνθεν τοι τοσοῦτοι καὶ οὕτω προθύμως, ἐπεὶ αὐτοῖς καὶ ἆθλα ὑπέσχετο, συνελέγησαν, ὡς καὶ
B τῶν Σαβίνων κρατῆσαι καὶ τῶν συμμαχούντων αὐτοῖς Οὐολούσκων καὶ Αἰκουῶν. ἐπὶ τούτοις ἄλλας τε τῷ Οὐαλλερίῳ ὁ δῆμος τιμὰς ἐψηφίσατο καὶ Μάξιμον ἐπωνόμασεν· ἐξελληνιζόμενον δὲ μέγιστον σημαίνει τὸ ὄνομα. ὁ δὲ θέλων τῷ δήμῳ χαρίσασθαι πολλὰ διε-
λέχθη τῇ γερουσίᾳ, ἀλλ' οὐκ ἔσχε ταύτην πειθήνιον. διὸ σὺν ὀργῇ ἐκπηδήσας τοῦ συνεδρίου, δημηγορήσας τε πρὸς τὸν δῆμόν
W II 22 τινα κατὰ τῆς βουλῆς, τὴν ἡγεμονίαν ἀπείπατο. καὶ ὁ δῆμος ἔτι

3 παρὰ] ὑπὸ A. 4 παρεῖχον A. 7 χρέη A. 10 τῶν AB, κατὰ τῶν PW. 13 ἐρρήθη om C. ἐκ τῆς — συγγενείας] p. 48 v. 21 ex Plutarchi Publicola, c. 17, ἀδελφὸς Ποπλικόλα. τοῦ om A. 14 τοσοῦτοι καὶ οὕτω προθύμως A, καὶ οὕτω προθύμως τοσοῦτοι PW. 17 τούτῳ ἄλλοις C. 22 τινα] πολλὰ A. ἔτι om C.

pugnandam venire. ad eum nuntium plebs quievit, non reverentia senatus, sed exspectatione ut is statim ab hostibus interiret. quare neque moenia custodierunt neque opis quicquam attulerunt, donec Servilius ob aes alienum nexos solvit et ne debitor quisquam expeditionis tempore appellaretur edixit, seque levaturum aes alienum promisit. tum igitur his promissis excitati hostes vicerunt. sed cum deinde nec aere alieno levarentur nec ulla aequitate tractarentur, rursus ab iratis tumultuatum, et contra senatum et consules mota seditio.

Denuo exorto bello consules novas tabulas decreverunt: sed aliis adversantibus M. Valerius Publicolae gentilis, homo apud plebem gratiosus, dictator est creatus. ac tantus ad eum et tam alacer, stipendio promisso, concursus factus, ut et Sabinos vinceret et Volscos Aequosque illorum foederatos. ob id ei cum alios honores tum Maximi cognomentum decreverunt. qui cum multa in senatu in populi gratiam disseruisset, neque quicquam impetrasset, iratus e curia se proripuit; et cum apud plebem in contione senatum nonnihil perstrinxisset, dictatura se

μᾶλλον εἰς στάσιν ἠρέθιστο. οἱ γὰρ δανεισταί, τῆς περὶ τὰ συμβόλαια ἀκριβείας ἐχόμενοι καὶ μηδὲν τοῖς ὄφλουσιν ἐνδιδόντες, τοῦ ἀκριβοῦς τε διήμαρτον καὶ πολλῶν ἑτέρων ἀπέτυχον. ἡ γὰρ πενία C καὶ ἡ ἐκ ταύτης ἀπόνοια κακόν ἐστι βίαιον, εἰ δὲ καὶ τὸ πλῆθος προσλάβοι, καὶ δυσμαχώτατον. πλείστων γοῦν δεινῶν τοῖς Ῥωμαίοις αἰτία ἡ τότε τῶν δυνατωτέρων πρὸς τοὺς ὑποδεεστέρους ἀκρίβεια γέγονεν. ὡς γὰρ ταῖς στρατείαις τε τὸ στρατιωτικὸν ἐπιέζετο καὶ πολλὰ πολλάκις ἐλπίσαν σαφῶς ἐξηπάτητο, καὶ παρὰ τῶν δανειστῶν οἱ ὀφειλέται ὑβρίζοντο καὶ ἠκίζοντο, ἐς τοσοῦτον ὀργῆς ἐξεκαύθησαν ὡς καὶ τὴν πόλιν τῶν ἀπόρων συχνοὺς ἐκλιπεῖν καὶ ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἀναχωρῆσαι καὶ ἐκ τῆς χώρας ὡς πολεμίους τὰς τροφὰς ἐρανίζεσθαι.

Οὕτω δὲ τούτων συνενεχθέντων, ἐπεὶ πολλοὶ πρὸς τοὺς ἀπο- D στάντας συνέρρεον, δείσαντες οἱ βουλευταὶ μὴ ἐπὶ πλέον οὗτοί τε ἐκπολεμωθῶσι καὶ τῇ στάσει συνεπίθωνται οἱ περίοικοι, διεκηρυκεύσαντο πρὸς αὐτούς, ὅσα πρὸς βουλῆς ἦσαν αὐτοῖς ποιεῖν ὑπισχνούμενοι. ὡς δὲ μάλιστα ἐθρασύνοντο καὶ οὐδένα λόγον ἐδέχοντο, εἷς τῶν πρέσβεων Ἀγρίππας Μενήνιος μύθου τινὸς σφᾶς ἀκοῦσαι ἠξίωσε· καὶ τυχὼν εἶπε, στασιάσαι πρὸς τὴν γαστέρα πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος, καὶ φάναι τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς ἡμεῖς τάς τε χεῖρας ἐνεργοὺς εἰς ἔργα καὶ τοὺς πόδας πρὸς πορείαν τιθέμεν, τὴν γλώσσαν δὲ καὶ τὰ χείλη ὅτι δι' ἡμῶν τὰ τῆς καρδίας

1 οἱ γὰρ δανεισταί — 7 ἀκρίβεια γέγονεν Dionis excerptum Vaticanum 12. 2 μηδὲν] μήτι A, μήτε C. 8 ἐλπίσαν om C. 10 συχνοὺς] πολλοὺς A. 11 ἐκ τῆς χώρας — p. 55 v. 3 ψηφισαμένης αὐτοῖς Dionis excerptum Vaticanum 13. 14 περίοικοι] πολέμιοι A. 19 τὰ μέλη πάντα AB.

abdicavit. plebs vero magis ad seditionem irritata est. nam creditores in aere alieno repetendo summum ius urgentes, neque ulla aequitate contra debitores utentes, nec id quod debebatur exegerunt, et in alia plura incommoda inciderunt. inopia enim atque inde orta desperatio malum est admodum violentum, et si multitudinem sibi adsciverit, paene inexpugnabile. tum igitur locupletum erga pauperes severitas plurimorum malorum Romanis causa fuit. ut enim milites expeditionibus premebantur et in multis saepius evidenter decepti fuerant, et debitores a foeneratoribus et contumelias et flagra perpetiebantur, tanta iracundia exarserunt ut inopum multi urbe excederent et castra desererent et ex agro Romano hostium instar commeatus peterent.

Quo facto cum multi ad eos qui secessionem fecerant confluerent, senatores veriti ne et hi magis exasperarentur et civitatem factionibus distractam finitimi invaderent, per oratores plebi polliciti sunt se facturos quicquid ipsa vellet. ea vero maxime fremente et nullas rationes admittente, Menenius Agrippa unus ex oratoribus petiit ut fabulam audirent. et audientia impetrata dixit, orta aliquando contra ventrem caeterorum membrorum seditione dixisse oculos, manus et pedes sua opera in officio

P I 340 *βουλεύματα ἐξαγγέλλονται, τὰ ὦτα δ' αὖ ὡς δι' ἡμῶν οἱ ἑτέρων λόγοι τῷ νοῒ παραπέμπονται, τὰς δὲ χεῖρας ὅτι ἐργάτιδες οὖσαι ἡμεῖς περιποιούμεθα πορισμούς, τοὺς πόδας δ' αὖθις ὅτι ἅπαν ἡμεῖς τὸ σῶμα φέροντες κοπιῶμεν κἂν ταῖς πορείαις κἂν ταῖς ἐργασίαις καὶ ἐν ταῖς στάσεσιν· ἡμῶν δ' ἐνεργούντων οὕτω σὺ μόνη* 5
ἀσυντελὴς οὖσα καὶ ἀεργὸς ὑπὸ πάντων ἡμῶν ὡς δέσποινά τις ὑπηρετῇ καὶ τῶν ἐκ καμάτου πάντων ἡμῶν πορισμῶν ἀπολαύεις αὐτή. ἡ δὲ γαστὴρ συνέθετο καὶ αὐτὴ οὕτω ταῦτ' ἔχειν, καὶ εἰ δοκεῖ,
B *ἔφησεν, ἀχορήγητόν με ἐάσατε, μηδέν μοι προσφέροντες. ἔδοξε ταῦτα, καὶ μή τι τοῦ λοιποῦ χορηγεῖσθαι τῇ γαστρὶ κοινῶς ἐψη-* 10
φίσθη τοῖς μέλεσι. τροφῆς δὲ μὴ προσφερομένης αὐτῇ οὔθ' αἱ χεῖρες πρὸς ἔργον ἦσαν εὐκίνητοι διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς γαστρὸς ἀτονήσασαι, οὔθ' οἱ πόδες ἔρρωντο, οὔτε τι ἕτερον τῶν μελῶν τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν παρεῖχεν ἀπρόσκοπον, ἀλλ' ἄπρακτα πάντα δυσκίνητά τε ἦ καὶ τέλεον ἦσαν ἀκίνητα. καὶ τότε συνῆκαν ὅτι τὰ τῇ 15
γαστρὶ προσφερόμενα οὐ μᾶλλον ἐκείνῃ ἀλλ' αὐτοῖς κεχορήγηνται καὶ αὐτῶν ἕκαστον τῶν ἐκείνῃ προσαγομένων παραπολαύει.

Τούτοις τοῖς λόγοις τὸ πλῆθος συνῆκεν ὡς αἱ τῶν εὐπόρων οὐσίαι καὶ τοῖς πένησιν εἰσὶν εἰς ὠφέλειαν, καὶ εἰ κἀκεῖνοι ὠφελοῖντο
C *ἐκ δανεισμάτων καὶ τὰς οὐσίας αὔξουσιν, οὐκ εἰς βλάβην τοῦτο* 20
τῶν πολλῶν ἀποβαίνει, ὡς εἴ γε μὴ ἔχοιεν οἱ πλουτοῦντες, οὐδ' οἱ πένητες ἂν ἐν καιροῖς ἀναγκαίοις ἔξουσι τοὺς δανείσοντας, καὶ ἀπο-

1 *διαγγέλλονται* AB. οἱ AB, οἱ δι' PW. 5 *καὶ ταῖς ἐνστάσεσιν* A. 6 *ἀτελὴς* A. 7 *καμάτων* A. 8 *δοκῇ* A. 9 *προσφερές* C. 15 *τὰ* om A. 17 *τῶν* ABCW, om P.

esse: linguam et labia, per se animorum sensus annuntiari: aures, suo ministerio aliorum sermones ad mentem pervenire: manus, suo labore parari res necessarias: pedes, totum corpus a se sustentari, seque sive iter sive opus fiat sive stetur fatigari. ventrem vero solum omnis muneris et laboris expertem ministeriis omnium tanquam regem uti, et sudoribus illorum partis frui facultatibus. ventrem haec ita se habere confessum, si videretur, nihil sibi tribui, nihil ministrari iussisse. membra communiter decrevisse ne quid deinceps ventri suppeditaretur. qui cum nullum cibum acciperet, neque manus ad opus fuisse agiles, ob ventris inediam defectas viribus; neque pedes valuisse, neque ullum aliud membrum suum munus citra offensam obiisse; sed omnia fuisse ignava, aegra aut penitus immobilia. tum vero intellectum esse, ea quae ventri praeberentur non magis ipsi quam omnibus membris suppeditari, ac ea singula fructum inde suum percipere.

Ex eo sermone multitudo intellexit locupletum facultates etiam pauperibus esse utiles: quod si illi suas opes ex mutuis pecuniis augeant, id tamen in populi detrimentum non cedere. nam si nihil haberent locupletes, neque pauperes necessariis temporibus habituros unde mutuen-

λοῦνται χρείας κατεπειγούσης. ἐντεῦθεν ἠπιώτεροι γενόμενοι κατηλλάγησαν, κουφισμὸν τῶν ὀφειλῶν καὶ τῶν ὑπερημεριῶν ἄφεσιν τῆς βουλῆς ψηφισαμένης αὐτοῖς.

15. Φοβηθέντες δὲ μὴ σκεδασθείσης αὐτοῖς τῆς συστάσεως ἢ τὰς συνθήκας οὐκ ἐπιτελεῖς ἔξουσιν ἢ κακωθῶσι διαλυθέντες καὶ ἄλλος κατ' ἄλλην πρόφασιν κολάζοιτο συνεχόμενος, συνέθεντο ἐπαρήγειν ἀλλήλοις ἄν τίς τι ἀδικοῖτο, καὶ ὅρκους ἐπὶ τούτῳ ὑπέσχον, καὶ προστάτας αὐτίκα ἐξ ἑαυτῶν δύο προεχειρίσαντο, εἶτα D καὶ πλείους, ἵν' εἶεν αὐτοῖς κατὰ συμμορίαν βοηθοί τε καὶ τιμωροί. καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ ἐποίησαν, ἀλλ' ἔκτοτε τὸ πρᾶγμα ἀρ- W II 23
ξάμενον οὕτω προέβαινε, καὶ ἐπ' ἐνιαυτὸν τοὺς προστάτας ὡς ἀρχήν τινα ἀπεδείκνυσαν, τῇ μὲν τῶν Λατίνων γλώσσῃ καλουμένους τριβούνους (οὕτω γὰρ οἱ χιλίαρχοι κέκληνται), δημάρχους δὲ προσαγορευομένους τῇ Ἑλληνίδι φωνῇ. ἵνα δὲ διαστέλληται ἡ τῶν τριβούνων προσηγορία, τοῖς μὲν τὸ τῶν στρατιωτῶν τοῖς δὲ τὸ τοῦ πλήθους προσέθεντο πρόσρημα. οὗτοι δὴ τοῦ πλήθους οἱ τριβοῦνοι ἢ δήμαρχοι μεγάλων κακῶν αἴτιοι τῇ Ῥώμῃ γεγόνασι. τὸ μὲν γὰρ τῶν ἀρχόντων ὄνομα οὐκ ἔσχον εὐθύς, ἰσχὺν δ' ὑπὲρ πάντας τοὺς ἄλλους ἐκτήσαντο, ἤμυνόν τε δεομένῳ P I 341
παντί, καὶ πάντα τὸν ἐπιβοησάμενον σφᾶς ἀφῃροῦντο οὐκ ἐκ μόνων ἰδιωτῶν ἀλλὰ καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀρχόντων, πλὴν τῶν δικτατόρων. εἰ δέ τις καὶ ἀπόντας αὐτοὺς ἐπεκαλέσατο, κἀκεῖνος ἀπὸ

4 Φοβηθέντες — 6 συνεχόμενος Dionis excerptum Vaticanum 14 p. 146 v. 1 sq. 13 γὰρ ABC, δὲ PW. 21 ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῶν BW, καὶ ἀπ' αὐτῶν δὲ A, καὶ ἀπ' αὐτῶν C.

Fontes. *Cap.* 15. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Vaticanum* 14 *p.* 146.

tur, atque urgente necessitate perituros. hac oratione mitigati, decreta a senatu levatione debitorum, et nexorum ob aes alienum solutione, in gratiam cum patribus redierunt.

15. Caeterum veriti ne illo coetu dissipato vel pactis non staretur, vel si digressi essent alius alio nomine comprehensus plecteretur, pepigerunt, si cui fieret iniuria, mutuo laturos esse opem. eoque pacto iureiurando firmato statim duos patronos sui ordinis elegerunt: deinde auxerunt numerum, ut singulae classes suos patronos haberent ac vindices. neque hoc semel fecerunt, sed ab eo tempore facto initio res ita processit, ut quotannis eos patronos tanquam magistratus deligerent, qui tribuni plebis, discriminis causa, nominantur: quod ii etiam in re militari tribuni dicuntur qui imperium in mille viros obtinent. ii tribuni plebis magnas in re publica turbas concitarunt. qui cum magistratuum nomen non statim haberent, potentia caeteros omnes superabant, quemvis supplicem defendebant, quemvis a quo implorati essent asserebant, non contra privatos duntaxat sed etiam adversus ipsos magistratus, dictatoribus tantum

τοῦ συνέχοντος αὐτὸν ἀπηλλάττετο καὶ ἢ ἐς τὸ πλῆθος ὑπ᾽ αὐτῶν εἰσήγετο ἢ καὶ ἀπελύετο. ἀλλὰ καὶ εἴ τί που ἔδοξεν αὐτοῖς μὴ γενέσθαι, ἐκώλυον, κἂν ἰδιώτης ἦν ὁ ποιῶν κἂν ἄρχων· κἂν ὁ δῆμος κἂν ἡ βουλὴ πράττειν ἔμελλέ τι κἂν ψηφίζεσθαι, εἴς δέ
B τις ἠναντίωτο δήμαρχος, ἄπρακτος καὶ ἡ πρᾶξις καὶ ἡ ψῆφος ἐγίνετο. τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος καὶ τὴν γερουσίαν ἀθροίζειν καὶ ζημιοῦν τὸν μὴ πειθαρχοῦντα καὶ μαντείᾳ χρῆσθαι καὶ δικάζειν ἐπετράπησαν ἢ ἑαυτοῖς ἐπέτρεψαν. καὶ ὃ γὰρ ποιεῖν αὐτοῖς οὐκ ἐξῆν, κατώρθουν ἐκ τῆς ἀνανταγωνίστου πρὸς πᾶν τὸ πραττόμενον ὑφ᾽ ἑτέρων ἐναντιώσεως. καὶ γὰρ καὶ νόμους εἰσήγαγον ἵν᾽
C ὅστις αὐτοῖς ἔργῳ ἢ λόγῳ προσκρούσῃ, κἂν ἰδιώτης εἴη κἂν ἄρχων, ἱερός τε ᾖ καὶ τῷ ἄγει ἐνέχηται. τὸ δὲ ἱερὸν εἶναι ἀπολωλέναι ἦν· οὕτω γὰρ πᾶν ὅπερ ἂν ὥσπερ τι θῦμα εἰς σφαγὴν καθιερώθη, ὠνόμαστο. καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς δημάρχους τὸ πλῆθος σακροσάγκτους ὠνόμασαν, οἷον τείχη ἅγια εἰς φρουρὰν τῶν σφᾶς ἐπικαλουμένων τυγχάνοντας. σάκρα γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ τείχη, καὶ σάγκτα τὰ ἅγια. ἔδρων οὖν πολλὰ ἄτοπα· καὶ γὰρ καὶ ὑπάτους ἔβαλλον εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ ἐθανάτουν τινὰς μηδὲ λόγου τυγχάνοντας. καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς ἐναντιωθῆναι ἐτόλμα· εἰ δὲ
μή, καὶ αὐτὸς ἱερὸς ἐγίνετο. εἰ μέντοι τινὲς μὴ παρὰ πάντων τῶν δημάρχων κατεδικάζοντο, τοὺς μὴ ὁμογνωμονοῦντας ἐπεκαλοῦντο
D εἰς ἀρωγήν, καὶ οὕτως εἰς δίκην καθίσταντο ἢ παρ᾽ αὐτοῖς ἐκείνοις ἢ

9 πᾶν om A. 12 δὲ A, γὰρ PW. 13 post γὰρ A add καὶ. 15 σακροσάγκτους ABCW, Σακροσάγτους P. 17 σάγκτα] σάκτα A.

exceptis. quod si quis eos vel absentes appellasset, is quoque ab eo, a quo comprehensus fuerat, liberatus, vel in contionem ab eis adducebatur vel etiam absolvebatur. ad haec si quod eis decretum sive a privato sive a magistratu sive a populo factum displicebat, intercedebant. quod si senatus aliquid vel agere vel decernere instituisset, atque unus tribunus plebis intercessisset, irritum erat id decretum, actione supersedebatur. progressu temporis illa etiam, ut et senatum convocarent, dicto non audientes punirent, et aruspices consulerent, aut concessa eis sunt aut ab ipsis usurpata. nam multa, quae eis non licebant, adversationibus illis invictis contra omnia quae agerentur obtinuerunt. etenim leges rogabant quibus is, sive privatus sive magistratus, a quo dicto factove offensi essent, sacer esset ac piaculo obstrictus. sacrum autem esse idem erat quod perisse: sic enim omnia quae instar victimae ad caedem destinata sunt appellantur. ipsos etiam tribunos plebis sacrosanctos dixit plebs, tanquam sacra moenia eorum a quibus implorentur. proinde multa sunt ab eis absurde facta: ut consules in carcerem ducti, ut quidam indicta causa occisi. neque eis adversari quisque audebat: alioqui et ipse sacer erat. si qui tamen non ab omnibus tribunis damnarentur, opem dissentientium implorabant: itaque causam dicere sive apud

παρά τισι δικασταῖς ἢ καὶ παρὰ τῷ πλήθει, καὶ τῆς νικώσης ἐγίνοντο. εἰς δέκα δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου οἱ δήμαρχοι κατέστησαν· ὅθεν αὐτοῖς τὸ πολὺ τῆς ἰσχύος κατεβέβλητο. φύσει γὰρ ὥσπερ, φθόνῳ δὲ μᾶλλον, ἀλλήλοις οἱ συνάρχοντες διαφέρονται· καὶ χαλεπὸν πολλοὺς ἐν δυνάμει μάλιστα ὄντας συμφρονῆσαι. ἅμα δὲ καὶ οἱ ἄλλοι διασπᾶν τὴν αὐτῶν μηχανώμενοι δύναμιν, ὅπως ἀσθενέστεροι διχογνωμονοῦντες ὦσιν, ἐστασίαζον, καὶ οἱ μὲν τοῖσδε οἱ δὲ τοῖσδε προσετίθεντο. εἰ δὲ καὶ εἷς σφῶν ἀντεῖπε, τὰς τῶν P I 342 ἄλλων διαγνώσεις ἀπράκτους ἀπέφαινε. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὐκ εἰσῄεσαν εἰς τὸ βουλευτήριον, καθήμενοι δὲ ἐπὶ τῆς εἰσόδου τὰ ποιούμενα παρετήρουν, καὶ εἴ τι μὴ αὐτοῖς ἤρεσκε, παραχρῆμα ἀνθίσταντο· εἶτα καὶ εἰσεκαλοῦντο ἐντός. εἰσέπειτα μέντοι καὶ μετέλαβον τῆς βουλείας οἱ δημαρχήσαντες, καὶ τέλος κἀκ τῶν βουλευτῶν τινες ἠξίωσαν δημαρχεῖν, εἰ μή τις εὐπατρίδης ἐτύγχανεν· οὐ γὰρ ἐδέχετο τοὺς εὐπατρίδας ὁ ὅμιλος. κατὰ γὰρ τῶν εὐπατριδῶν ἑλόμενοι τοὺς δημάρχους, καὶ πρὸς τοσαύτην προαγαγόντες ἰσχύν, ἐδεδοίκεσαν μή τις αὐτῶν τῇ ἰσχύϊ ἐς τοὐναντίον B κατ' αὐτῶν χρήσηται. εἰ δέ τις τὸ τοῦ γένους ἀξίωμα ἐξωμόσατο καὶ πρὸς τὴν τοῦ πλήθους μετέστη νόμισιν, ἀσμένως αὐτὸν προσεδέχοντο. καὶ συχνοὶ τῶν σφόδρα εὐπατριδῶν ἀπείπαντο W II 24 τὴν εὐγένειαν ἔρωτι τοῦ μέγα δυνηθῆναι, καὶ ἐδημάρχησαν.

3 φύσει γὰρ — 9 ἀπράκτους ἀπέφαινε Dionis excerptum Vaticanum 14. 6 τὴν] τῶν B. δύναμιν μηχανώμενοι AB. 9 ἀπράκτους om A. 10 δ' C. 12 ἀνθίστατο A. 14 ἠξιώθησαν A. 16 προαγαγόντες ἰσχύν] δύναμιν προσαγαγόντες A. 17 ἐς om A. 18 τοῦ add AB.

eos ipsos sive apud alios iudices sive apud populum licebat, plurium suffragiis vel condemnandis vel absolvendis. tribunorum numerus tandem ad denos usque auctus est: unde vires eorum multum sunt imminutae. nam collegarum in magistratibus cum natura quodammodo, tum magis ex invidia societas infida est; nec temere fit ut multi, praesertim potentes, consentiant. eo accedebat quod alii vim eorum enervare studentes motus excitabant, ut dissidentium robur infringeretur, aliis ad alios se conferentibus. uno tamen eorum intercedente caeterorum sententiae reddebantur irritae. principio curiam non ingrediebantur, sed in aditu sedentes quid fieret observabant, ac si quid displicebat, e vestigio refragabantur. post intro vocati sunt et ad senatoriam quoque dignitatem admissi. denique ex senatoribus quidam tribunatum expetiverunt, modo ne patricii essent. plebs enim patricios non admittebat: contra quos cum tribuni creati essent, et ad tantam provecti potestatem, verebantur ne quis ea potestate in ipsam plebem abuteretur. si quis autem eierata familiae dignitate ad plebeios transibat, benigne admittebatur. itaque multi ex nobilissimis, magnae potentiae cupiditate, nobilitate repudiata tribunatum gesserunt.

Οὕτω μὲν οὖν ἡ τῶν δημάρχων δυναστεία συνέστη. οἷς καὶ ἀγορανόμους δύο προσείλοντο, οἷον ὑπηρέτας σφίσιν ἑσομένους πρὸς γράμματα. πάντα γὰρ τά τε παρὰ τῷ πλήθει καὶ τὰ παρὰ τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ γραφόμενα λαμβάνοντες, ὥστε μηδὲν σφᾶς τῶν πραττομένων λανθάνειν, ἐφύλασσον. τὸ μὲν οὖν 5
C *ἀρχαῖον ἐπὶ τούτῳ ἤροῦντο καὶ ἐπὶ τῷ δικάζειν, ὕστερον δὲ καὶ ἄλλ᾽ ἄττα καὶ τὴν τῶν ὠνίων ἀγορὰν ἐπετράπησαν, ὅθεν καὶ ἀγορανόμοι τοῖς ἑλληνίζουσιν ὠνομάσθησαν.*

16. *Ἡ μὲν οὖν στάσις ἡ πρώτη οὕτω τοῖς Ῥωμαίοις κατέπαυσεν· ἐκ δὲ τῶν περιοίκων σφίσι διὰ τὴν στάσιν πολλῶν κατ᾽* 10
αὐτῶν κινηθέντων, μετὰ τὴν σύμβασιν ὁμονοήσαντες ἐρρωμένως τοὺς ἐξ ἐκείνων πολέμους διήνεγκαν καὶ πάντας ἐνίκησαν. ὅτε καὶ Κοριόλους πολιορκοῦντες ἐκπεσεῖν καὶ τοῦ στρατοπέδου μικροῦ ἐκινδύνευον, εἰ μὴ Γναῖος Μάρκιος εὐπατρίδης ἀνὴρ ἠρίστευσε καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀπώσατο· ὃς διὰ τοῦτο ἄλλως τε ἐδοξάσθη καὶ 15
D *Κοριολάνος ἐκ τοῦ ἔθνους ὃ ἐτρέψατο ἐπεκλήθη. καὶ τότε μὲν οὕτως ἤρθη, οὐ πολλῷ δ᾽ ὕστερον στρατηγῆσαι σπεύδων καὶ μὴ τυχών, ἠγανάκτησε κατὰ τοῦ ὁμίλου, καὶ τοὺς δημάρχους ἐβαρύνετο. οἱ οὖν δήμαρχοι, οὓς καταλῦσαι ἐγλίχετο, αἰτίας τινὰς κατ᾽ αὐτοῦ συμφορήσαντες τυραννίδος αὐτῷ προσῆψαν αἰτίαμα,* 20

3 *τὰ παρὰ* om A. 4 *γραφόμενα* om C. 11 *ἐρρωμένως* AC, *ἐρρωμένους* PW. 13 *μικρὸν* A. 16 *ὃ*] *οὗ* A. 17 *οὐ πολλῷ* — p. 59 v. 1 *ἐξήλασαν* Dionis excerptum Vaticanum 15.

Fontes. *Cap.* 16. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Vaticana* 15—18 *p.* 147 *sq.*

Tribunorum igitur potestas hunc ortum habuit. quibus duo aediles sunt adiuncti, quorum ministeriis ad litteras uterentur. qui cum omnia quae vel apud plebem vel apud populum vel senatum decernerentur acciperent atque asservarent, nihil eos eorum omnium quae agebantur latebat. olim igitur his de causis dicundique iuris ergo creabantur, post autem cum alia tum rerum venalium forum eis commissum: unde a Graecis Agoranomi appellantur.

16. Prima Romanorum seditione ad hunc modum sedata, cum finitimorum multi ob eam secessionem contra eos concitati essent, post reditum in gratiam concordibus animis bella ab illis illata fortiter sustinuerunt, omnesque superaverunt. sed cum Coriolos obsiderent, parum abfuit quin castris exuerentur, nisi virtus Cn. Marcii viri patricii profligatis hostibus obstitisset. qui cum aliis honoribus est affectus, tum Coriolani cognomentum a devicto a se populo consecutus. ac tum ita in altum est evectus: non multo autem post, cum ei petenti praetura negata iratus populo tribuniciam potestatem insectatus et abrogare conatus esset, a tribunis plebis, quibusdam criminibus confictis et affectati regni calumnia instructa, in exsilium actus est. exsul statim ad Volscos

καὶ τῆς Ῥώμης ἐξήλασαν. ἐκπεσὼν οὖν τοῖς Οὐολούσκοις εὐθὺς προσεχώρησεν. ὧν οἱ μὲν πρῶτοι καὶ οἱ ἐν τοῖς τέλεσιν αὐτῶν ὄντες ἔχαιρόν τε αὐτῷ καὶ αὖθις πρὸς πόλεμον ἡτοιμάζοντο, Ἀττίου Τουλλίου πρὸς τοῦτον ἐρεθίζοντος ἅπαντας· ὁ δὲ ὅμιλος ἀπρόθυμος ἦν. ὡς οὖν οὔτε παραινοῦντες οὔτ' ἐκφοβοῦντες αὐτοὺς οἱ δυνατοὶ κινῆσαι πρὸς ὅπλων ἄρσιν ἠδύναντο, τοιόνδε τι P I 343
ἐμηχανήσαντο. ἱπποδρομίαν τῶν Ῥωμαίων ἀγόντων ἄλλοι τε τῶν προσχώρων αὐτοῖς καὶ Οὐολοῦσκοι πλήθει πολλῷ κατὰ θέαν συνήλθοσαν. ὁ δὲ Τούλλιος τοὺς τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὺς ἔπεισεν, ὡς εὐνοῶν δῆθεν αὐτοῖς, τοὺς Οὐολούσκους φυλάσσεσθαι, παρεσκευασμένους ἐπιθέσθαι σφίσιν ἀνελπίστως ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ. οἱ δὲ στρατηγοὶ καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ μήνυμα κοινωσάμενοι τοὺς Οὐολούσκους αὐτίκα πρὸ τοῦ ἀγῶνος ἅπαντας ἐξεκήρυξαν. οἱ δὲ δυσανασχετοῦντες ὅτι μόνοι ἐκ πάντων ἐξελήλαντο, ἕτοιμοι πρὸς μάχην ἐγένοντο. καὶ προστησάμενοι τὸν Κοριολάνον τε καὶ B
τὸν Τούλλιον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην, καὶ τοὺς Λατίνους προσειληφότες, πλήθει ἐχώρησαν πλείονι. ὃ οἱ Ῥωμαῖοι πυθόμενοι πρὸς τὰ ὅπλα μὲν οὐκ ἐρρώσθησαν, ἐν αἰτίαις δ' ἀλλήλους πεποίηντο, οἱ μὲν τοῦ ὁμίλου τοὺς εὐπατρίδας ὅτι ἐξ αὐτῶν ὁ Κοριολάνος τυγχάνων μετὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπὶ τὴν πατρίδα στρατεύοιτο, οἱ δὲ τὸν ὅμιλον ὅτι μὴ ἐνδίκως αὐτὸν ἐξελάσαντες πολέμιον πεποιήκασιν. οὕτω δὲ στασιάζοντες ἐς μέγα τι κακὸν ἐνέπεσον ἄν, εἰ μὴ

1 ἐκπεσὼν — 2 προσεχώρησεν Dionis excerptum Vaticanum 16. 6 τοῖον δέ τι B, τοιοῦτον δέ τι A, τοιόνδε PW. 7 ἐμηχανήσατο B. 11 τιθέσθαι A. τῷ ἱπποδρόμῳ A. 14 δυσανασχετοῦντες A, δυσανασχετήσαντες PW. 18 ἐρρώσθησαν AB, ἐξώρμησαν PW. 22 τι om C. post μὴ PW add καὶ, om ABC.

se contulit: quorum principes et magistratus, adventu illius laeti, Attii Tullii impulsu rursus ad bellum se parabant. quod cum populo minime placeret, qui a potentibus neque admonendo neque terrendo ad arma sumenda commoveri posset, hac arte sunt usi. cum ludis circensibus cum alii ex finitimis tum magna Volscorum multitudo Romam ad spectaculum convenisset, Tullius per benevolentiae speciem Romanorum praetoribus persuasit Volscos cavendos esse, paratos ad impetum in eos in circo faciendum. praetores eo indicio etiam cum aliis communicato Volscos ante ludos statim civitate excedere praeconio iusserunt. hi vero graviter ferentes se solos ex omnibus esse pulsos, ad bellum irritati, imperatoribus lectis Coriolano et Tullio, ac Latinorum auxiliis adscitis, maiore numero contra Romanos sunt profecti. quo illi audito non strenue arma ceperunt, sed inter se criminibus certarunt: plebeii cum patriciis, quod ex eo ordine Coriolanus cum hostibus patriam oppugnatum iret; illi cum plebe, quod eundem iniquo exsilio multatum, hostem reddidissent. ea contentio in magnum malum evasisset, nisi matronae tulis-

αἱ γυναῖκες αὐτοῖς ἐπεκούρησαν. ὡς γὰρ ἡ γερουσία κάθοδον τῷ Κοριολάνῳ ἐψηφίσατο, καὶ ἐπὶ τούτῳ πρέσβεις πρὸς ἐκεῖνον ἐστάλησαν, ἐκεῖνος καὶ τὴν χώραν τοῖς Οὐολούσκοις ἀποδοθῆναι ἀπήτει ἧς ἐν τοῖς πρὶν πολέμοις ἐστέρηντο. τὸ δὲ πλῆθος τῆς χώρας οὐ μεθίετο. πάλιν οὖν ἑτέρα πρεσβεία. ὁ δὲ περιθύμως ἔφερεν ὅτι καὶ περὶ τῆς ἑαυτῶν κινδυνεύοντες οὐδ' οὕτω τῶν ἀλλοτρίων ἀφίστανται. καὶ τούτων δὲ ἀγγελθέντων αὐτοῖς οὐδ' ἔτι κεκίνηντο οὐδ' ὑπὸ τῶν κινδύνων οἱ ἄνδρες τοῦ στασιάζειν ἐξίσταντο. αἱ δὲ γυναῖκες ἥ τε γαμετὴ τοῦ Κοριολάνου Οὐολουμνία καὶ ἡ μήτηρ Οὐετουρίνα, καὶ τὰς λοιπὰς τὰς ἐπιφανεστάτας παραλαβοῦσαι, ἦλθον ἐς τὸ στρατόπεδον πρὸς αὐτόν, καὶ τὰ παιδία
utrinque convenisset, quia pacis nullam mentionem fecerat, animi dubius seorsim, ut solebat, cum amicis de reddendis captivis deque bello administrando deliberavit. Milone autem suadente ut neque captivos redderet neque pacem faceret, sed Romanis iam victis etiam reliquias belli persequeretur, Cineas plane contrarium censuit: nam et captivos gratis esse reddendos, et legatos atque pecuniam Romam mittendos, pacis et foederis impetrandi causa. cuius sententiae et caeteri et ipse Pyrrhus assensi, legatis arcessitis "neque prius" inquit, "Romani, mea sponte vobis bellum intuli, neque nunc inferam: amicus enim vester esse cupio. itaque captivos gratis vobis reddo, et ut pacem mecum faciatis peto."

Haec cum legatis omnibus dixisset, et pecuniam partim dedisset partim promisisset, cum Fabricio seorsim hoc modo egit. "cum omnium Romanorum amicitiam expeto, tum vero tuam, quem virum bonum esse video, et ut pacem mihi conficias peto." haec cum diceret, munera quoque multa ei obtulit. at ille "pacis" inquit "studium in te, Pyrrhe,

ἐπιθυμεῖς, καί σοι αὐτήν, ἄν γε συμφέρῃ ἡμῖν, καταπράξομαι. οὐ γὰρ κατὰ τῆς πατρίδος τι πρᾶξαί με, ἀγαθὸν ὡς φῂς ἄνδρα ὄντα, ἀξιώσεις. ἀλλ' οὐδὲ τούτων ὧν δίδως τι λάβοιμι ἄν. πυνθάνομαι γάρ σου, πότερον ἐλλόγιμόν με ὡς ἀληθῶς νομίζεις ἄνδρα ἢ οὔ; εἰ μὲν γὰρ φαῦλός εἰμι, πῶς με δώρων ἄξιον W II 47
κρίνεις; εἰ δὲ χρηστός, πῶς με λαβεῖν αὐτὰ κελεύεις; ἴσθι γοῦν B
ὡς ἐγὼ καὶ πάνυ πολλὰ ἔχω, τοῖς παροῦσιν ἀρκούμενος, καὶ πλειόνων οὐ δέομαι· σὺ δ' εἰ καὶ σφόδρα πλουτεῖς, ἐν πενίᾳ μυρίᾳ καθέστηκας. οὐ γὰρ ἂν οὔτε τὴν Ἤπειρον οὔτε τὰ ἄλλα ἃ ἔχεις καταλιπὼν δεῦρο ἐπεραιώθης, εἴ γε ἐκείνοις ἠρκοῦ καὶ μὴ πλειόνων ὠρέγου."

Τούτων οὕτω λεχθέντων οἱ πρέσβεις τοὺς αἰχμαλώτους λαβόντες ἀπῆεσαν. καὶ ὁ Πύρρος τὸν Κινέαν εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλε μετὰ χρυσίου πολλοῦ καὶ κόσμου γυναικείου παντοδαποῦ, ἵνα εἰ καί τινες τῶν ἀνδρῶν ἀντίσχοιεν, ἀλλ' αἱ γυναῖκες αὐτῶν τοῖς κόσμοις ἀναπεισθεῖσαι κἀκείνους συνδιαφθείρωσιν. ἐλθὼν δὲ πρὸς τὴν πόλιν ὁ Κινέας οὐ προσῄει τῇ γερουσίᾳ, ἀλλὰ C
διῆγεν ἄλλοτε ἄλλην αἰτίαν σκηπτόμενος. περιφοιτῶν δὲ καὶ τὰς τῶν δυνατῶν οἰκίας, λόγοις τε σφᾶς καὶ δώροις ὑπήγετο· καὶ ἐπειδὴ πολλοὺς ᾠκειώσατο, εἰσῆλθεν εἰς τὸ συνέδριον καὶ εἶπεν ὡς "Πύρρος ὁ βασιλεὺς ἀπολογεῖται ὅτι οὐχ ὡς πολεμήσων ὑμῖν ἦκεν ἀλλ' ὡς καταλλάξων Ταραντίνους αὐτὸν ἱκετεύοντας· ἀμέλει

1 ἐπιθυμεῖς ABC, ἐπιθημεῖς PW. γε] σε C. ἡμῖν] αὐτὴν A. 4 πρότερον A Dionis exc. ἐλλόγιμόν με — 6 αὐτὰ κελεύεις ex Dione florileg. Vatic. in Scriptorum vet. nov. coll. 2 p. 538 36. 6 γοῦν om A. 13 κιννέα A. 18 σκεπτόμενος A.

laudo; et pacem, modo ea nobis prosit, tibi conficiam: neque enim postulabis, cum me bonum virum esse dicas, ut aliquid agam contra patriam. sed nihil munerum illorum, quae mihi offers, accipiam. numquid enim me vere bonum virum esse censes, an non? nam si malus sum, cur munera mihi largiris? sin bonus, cur ea me accipere iubes? scito autem me abundare opibus, sorte mea contentum neque plura desiderantem: te vero, etsi ditissimus es, extrema inopia laborare. nam neque Epiro neque cacteris quae habes relictis huc traiecisses, si illis contentus plura non desiderares."

His dictis legati captivis receptis abierunt: Pyrrhus autem Cineam cum multo auro et ornamentis muliebribus omnis generis Romam misit, ut etsi ex viris aliqui adversarentur, at uxores eorum ornamentis illectae viros etiam corrumperent. Romam profectus Cineas non statim senatum adiit, sed alias aliud causando moratus potentum aedes circumiit, eosque et verbis et muneribus sibi conciliavit. cum iam multos sibi devinxisset, curiam ingressus dixit "Pyrrhus rex se venisse ait, non ut bellum vobiscum gereret, sed ut Tarentinos supplices sibi factos recon-

καὶ τοὺς ἁλόντας ὑμῶν λύτρων ἀφῆκεν ἄτερ, καὶ δυνάμενος πορθῆσαι τὴν χώραν καὶ τῇ πόλει προσβαλεῖν, ἀξιοῖ τοῖς φίλοις καὶ τοῖς συμμάχοις ὑμῶν ἐγγραφῆναι, πολλὰ μὲν ὠφελήσεσθαι ἀφ' ὑμῶν ἐλπίζων, πλείω δ' ἔτι καὶ μείζω εὐεργετήσειν ὑμᾶς."

D Ἐπὶ τούτοις οἱ πλείους τῶν βουλευτῶν ἡρέσκοντο διὰ τὰ δῶρα καὶ διὰ τοὺς αἰχμαλώτους· οὐ μέντοι καὶ ἀπεκρίναντο, ἀλλ' ἐσκόπουν ἔτι πλείους ἡμέρας ὅ τι χρὴ πρᾶξαι. καὶ πολλὰ μὲν ἐλέγετο, ἐπεκράτει δ' ὅμως σπείσασθαι. μαθὼν δὲ τοῦτο Ἄππιος ὁ τυφλός, ἐκομίσθη ἐπὶ τὸ βουλευτήριον (ὑπὸ γὰρ τοῦ γήρους καὶ τοῦ πάθους οἰκουρῶν ἦν) καὶ εἶπε μὴ συμφέρειν τὰς πρὸς τὸν Πύρρον συμβάσεις τῇ πολιτείᾳ, παρήνεσε δὲ καὶ αὐτίκα τὸν Κινέαν ἐξελάσαι τῆς πόλεως, καὶ δι' αὐτοῦ δηλῶσαι τῷ Πύρρῳ οἴκαδε ἀναχωρήσαντα ἐκεῖθεν ἐπικηρυκεύσασθαι περὶ
P I 375 εἰρήνης αὐτοῖς ἢ καὶ περὶ ἑτέρου ὅτου δέοιτο. ταῦτα ὁ Ἄππιος συνεβούλευσεν· ἡ δὲ γερουσία οὐκέτι ἐμέλλησεν, ἀλλ' εὐθὺς ὁμοθυμαδὸν ἐψηφίσαντο αὐθημερὸν τὸν Κινέαν ἔξω τῶν ὅρων ἐκπέμψαι, καὶ τῷ Πύρρῳ πόλεμον ἀκήρυκτον, ἕως ἂν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διάγῃ, ποιήσασθαι. τοῖς δ' αἰχμαλώτοις ἀτιμίαν τινὰ ἐν ταῖς στρατείαις ἐπέθεσαν, καὶ οὔτε πρὸς τὸν Πύρρον αὐτοῖς ἔτι ἐχρήσαντο οὔτ' ἄλλοσέ ποι ἀθρόοις, ἵνα μή τι ὁμοῦ ὄντες νεωτερίσωσιν, ἀλλ' ἄλλους ἄλλῃ φρουρήσοντας ἔπεμψαν.

2 πορθῆσαι τὴν πόλιν καὶ τῇ χώρᾳ προσβαλεῖν A. 4 εὐεργετήσει A. 10 γήρως A. 14 ὅτου ABCW, ὅπου P. 16 αὐθημερῶν A.

ciliaret. praeterea captivos sine pretio vobis restituit; et cum agrum vestrum vastare et urbem oppugnare potuisset, se in numerum amicorum et sociorum vestrorum inscribi petit. iam quamvis sibi vos multum commodaturos credit, plura se tamen et maiora in vos beneficia collaturum existimat."

Haec cum maximae senatorum parti ob largitiones et captivos redditos placerent, tamen nullo responso dato plures dies in deliberando consumpserunt; cumque varia dicerentur, sententia de pace facienda vicit. quo Appius caecus cognito in senatum delatus (nam ob aetatem et cladem oculorum domi se continere solebat) negavit e re publica esse ut pax cum Pyrrho fieret, et monuit Cineam statim urbe pellendum esse, per eumque Pyrrho significandum ut domum reversus sive de pace sive quid aliud vellet legatos mitteret. haec Appio locuto senatus nihil cunctatus statim consentientibus animis decrevit Cineam eodem die extra fines ablegandum, et Pyrrho, dum in Italia versaretur, bellum irreconciliabile indicendum esse. captivos vero militari quadam ignominia notarunt, iis neque contra Pyrrhum usi, neque usquam alibi universis, ne quid coniuncti novarum rerum molirentur, sed alios in alia praesidia miserunt.

Ἐν μὲν οὖν τῷ χειμῶνι παρεσκευάζοντο ἄμφω, (5) ἔαρος δ' ἤδη ἐφεστηκότος ὁ Πύρρος εἰς τὴν Ἀπουλίαν ἐνέβαλε, καὶ πολλὰ μὲν βίᾳ πολλὰ δὲ ὁμολογίᾳ προσεποιήσατο, μέχρις οὗ Ῥωμαῖοι πρὸς Ἀσκούλῳ πόλει ὄντι αὐτῷ ἐπελθόντες ἀντεστρατοπεδεύσαντο. ἐπὶ πλείους δ' ἡμέρας διέτριψαν ὀκνοῦντες ἀλλήλους· οἱ μὲν γὰρ Ῥωμαῖοι τοὺς προνενικηκότας οὐκ ἐθάρρουν, οἱ δὲ ὡς ἀπονενοημένους ἐδεδίεσαν τοὺς Ῥωμαίους. κἀν τούτῳ λογοποιούντων τινῶν ὅτι ὁ Δέκιος ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν κατὰ τὸν πατέρα καὶ τὸν πάππον ἑτοιμάζοιτο, καὶ τοὺς τοῦ Πύρρου δεινῶς ἐκφοβούντων ὡς ἐκ τοῦ θανεῖν ἐκεῖνον πάντως ἀπολουμένους, συνήγαγε τοὺς στρατιώτας ὁ Πύρρος καὶ διειλέχθη περὶ τούτου, συμβουλεύων μήτ' ἀθυμεῖν μήτ' ἐκπλήττεσθαι τοιούτοις λόγοις· μήτε γὰρ ἕνα ἄνθρωπον δύνασθαι θνήσκοντα πολλοὺς καταγωνίσασθαι, μήτ' ἐπῳδὴν ἢ μαγγανείαν τινὰ κρείττω τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι. ταῦτ' εἰπὼν καὶ λογισμοῖς ἐπικρατύνας τοὺς λόγους ὁ Πύρρος τὸ οἰκεῖον ἐθάρσυνε στράτευμα. καὶ πολυπραγμονήσας τὴν στολὴν ᾗ ἐχρήσαντο οἱ Δέκιοι ἐπιδιδόντες ἑαυτούς, παρήγγειλε τοῖς οἰκείοις, ἄν τινα οὕτως ἐσκευασμένον ἴδωσι, μὴ κτεῖναι αὐτὸν ἀλλὰ ζωὸν συλλαβεῖν. τῷ δὲ Δεκίῳ πέμψας ἔφη οὔτε προχωρήσειν αὐτῷ τοῦτο πρᾶξαι θελήσαντι, καὶ ζωγρηθέντα κακῶς ἀπολεῖσθαι ἠπείλησε. πρὸς ἅπερ οἱ ὕπατοι ἀπεκρί-

2 ἐνέβαλε C, ἐνέβαλεν A, ἐνέβαλλε PW. 6 γὰρ om C. 19 τῷ δὲ Δεκίῳ — p. 120 v. 2 ἄλλως κρατήσειν Dionis excerptum Vaticanum 55. 21 ἀπολέσθαι A: Dionis exc. ἀπολεῖσθαι.

Fontes. *Cap.* 5. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Vaticanum* 55 *p.* 177.

Per hiemem igitur utrinque se instruxerunt, (5) vere autem instante Pyrrhus impressione in Apuliam facta multa vi, multa deditione occupavit: donec Romani ad Asculum oppidum contra eum castra posuerunt. ac dies complures mutuo metu quieverunt: nam Romani Epirotas ut victores timebant, Epirotae Romanos ut desperatos. interea cum nonnulli rumore sparso, Decium ad devovendum semetipsum exemplo patris et avi paratum esse, Epirotas perterrefacerent (ex illius enim obitu omnes perituros), Pyrrhus suos milites hortatus est ne desperarent aut percellerentur huiusmodi verbis: neque enim unius hominis obitu multos debellari posse, neque incantationem aut praestigias ullas plus quam vires et arma valere. quae cum dixisset, et orationem suam rationibus approbasset, exercitum confirmavit; indagatoque habitu quo Decii se devovissent, monuit, si quem ita ornatum cernerent, ne eum occiderent, sed viventem comprehenderent. Decio vero nuntiari iussit, facinus illud ei non successurum; et si vivus caperetur, male periturum esse minatus est. ad quae consules responderunt, nulla re tali sibi opus

ναντο, μηδενὸς τοιούτου ἔργου σφᾶς δεῖσθαι· πάντως γὰρ αὐτοῦ καὶ ἄλλως κρατήσειν. ποταμοῦ δὲ διὰ μέσου τῶν στρατοπέδων οὐκ εὐδιαβάτου ῥέοντος, ἤροντο πότερον αὐτὸς περαιωθῆναι βούλεται ἀδεῶς, αὐτῶν ἀναχωρησάντων, ἢ ἐκείνοις ἐπιτρέψαι τοῦτο ποιῆσαι, ἵν' ἐξ ἀντιπάλου μάχης, ἀκεραίων τῶν δυνάμεων εἰς χεῖρας ἐλθουσῶν, ὁ τῆς ἀνδρείας ἔλεγχος γένοιτο ἀκριβής. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι πρὸς κατάπληξιν τὸν λόγον ἐποίησαν, ὁ δὲ Πύρρος αὐτοῖς ἀφῆκε διαβῆναι τὸν ποταμόν, μέγα φρονῶν ἐπὶ τοῖς ἐλέφασιν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τά τε ἄλλα παρεσκευάσαντο, καὶ
P I 376 πρὸς τοὺς ἐλέφαντας κεραίας ἐφ' ἁμαξῶν σεσιδηρωμένας καὶ πανταχόθεν προεχούσας ἡτοίμασαν, ἵνα τοξεύοντες ἀπ' αὐτῶν ἄλλα τε καὶ πῦρ ἐμποδὼν σφίσι γίνωνται. προσμίξαντες δέ, χρόνῳ μὲν οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς Ἕλληνας, ἐώσαντο δ' οὖν, μέχρις ὁ Πύρρος τοῖς ἐλέφασιν οὐ κατὰ τὰς ἁμάξας ἀλλ' ἐπὶ θάτερα προσβοηθήσας αὐτοῖς τὴν ἵππον σφῶν καὶ πρὶν προσμῖξαι φόβῳ τῶν θηρίων ἐτρέψατο. τῷ μέντοι πεζῷ οὐδὲν μέγα ἐλυμήνατο. κἀν τούτῳ τῶν Ἀπούλων τινὲς ἐπὶ τὸ τῶν Ἠπειρωτῶν ὥρμηκότες στρατόπεδον τῆς νίκης αἴτιοι τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένοντο. τινὰς γὰρ
B τῶν μαχομένων ἐπ' αὐτοὺς τοῦ Πύρρου πέμψαντος πάντες οἱ λοιποὶ ἐταράχθησαν, καὶ τάς τε σκηνὰς ἁλωκέναι καὶ ἐκείνους φεύγειν ὑποτοπήσαντες ἐνέδοσαν· καὶ συχνοὶ αὐτῶν ἔπεσον, ὅ τε Πύρρος καὶ ἄλλοι τῶν ἐν τέλει πολλοὶ ἐτρώθησαν, καὶ μετὰ

1 ἔργου σφᾶς A Dionis exc., σφᾶς ἔργου PW. 3 πρότερον A. 7 τῶν λόγων A. 8 ἐφῆκε A. 17 ἀπουλίων A. τὸ] τῷ A.

esse: se enim alioqui omnino superiores illo futuros. et cum profundum flumen castra medium dirimeret, sciscitati sunt utrum ipse impune transire, se digressis, an sibi transeundi potestatem dare mallet, ut aequali pugna, utrisque copiis integris congressis, de fortitudine certum fieri iudicium posset. hanc optionem cum Romani Pyrrho terroris incutiendi causa dedissent, ille multum elephantis fretus eos flumen transire passus est. Romani vero cum alia praepararunt, tum adversus elephantos ferratas hastas antennarum instar curribus insertas et undique eminentes pararunt, ut cum alia tum ignem inde eiaculantes, belluas repellerent. cum ad manus ventum esset, Romani Graecos sero quidem sed tandem pepulerunt, donec Pyrrhus elephantis in auxilium non qua falcati currus stabant sed in alteram partem adductis equitatum Romanum terrore belluarum ante congressum profligavit. sed peditibus parum incommodavit. interea quidam Apuli Epirotarum castra aggressi causa victoriae Romanis exstiterunt. nam cum Pyrrhus aliquot ex iis qui pugnabant contra eos misisset, reliqui omnes turbati, et tentoria capta esse et illos fugere opinati, inclinarunt; eorumque multi caesi sunt, Pyrrhus ipse et ex praecipuis complures vulnerati, ac post cum ob

ταῦτα διά τε τὴν τῆς τροφῆς καὶ τὴν τῶν ἐπιτηδείων πρὸς ἄκεσιν ἀπορίαν σφόδρα ἐκακώθησαν. ὅθεν ἀπῆρεν εἰς Τάραντα πρὶν τοὺς Ῥωμαίους αἰσθέσθαι. οἱ δ' ὕπατοι διέβησαν μὲν τὸν ποταμὸν ἐπὶ μάχῃ, ὡς δὲ πάντας ἐσκεδάσθαι ἐπύθοντο, εἰς τὰς οἰκείας ἀνεχώρησαν πόλεις· ἐπιδιῶξαι γὰρ διὰ τοὺς σφετέρους τραυματίας οὐκ ἠδυνήθησαν. εἶτα οἱ μὲν εἰς τὴν Ἀπουλίαν ἐχείμασαν, ὁ δὲ Πύρρος τἄλλά τε ἡτοιμάζετο καὶ οἴκοθεν στρατιώτας καὶ χρήματα μετεπέμψατο. μαθὼν δὲ τὸν Φαβρίκιον καὶ τὸν Πάππον ὑπάτους ᾑρημένους καὶ εἰς τὸ στρατόπεδον ἀφιγμένους, οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μεμένηκε γνώμης.

Ἤδη δὲ τῶν ῥηθέντων ὑπάτων ἐν τῷ στρατεύματι ὄντων, Νικίας τις τῶν Πύρρῳ πιστῶν δοκούντων ἦλθε πρὸς τὸν Φαβρίκιον καὶ ὑπέσχετο αὐτῷ τὸν Πύρρον δολοφονήσειν. δυσχεράνας οὖν ἐπὶ τούτῳ ἐκεῖνος (ἀρετῇ γὰρ καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἠξίου τῶν πολεμίων κρατεῖν ὡς ὁ Κάμιλλος) κατεμήνυσε τῷ Πύρρῳ τὸ ἐπιβούλευμα· καὶ οὕτως αὐτὸν ἐκ τούτου κατέπληξεν, ὥστε καὶ τοὺς ἁλωκότας τῶν Ῥωμαίων προῖκα αὖθις ἀφεῖναι καὶ πρέσβεις πάλιν ὑπὲρ εἰρήνης ἀποστεῖλαι. ἐπεὶ δὲ οἱ Ῥωμαῖοι περὶ τῆς εἰρήνης οὐδὲν ἀπεκρίναντο, ἀλλὰ καὶ τότε ἀπᾶραι τῆς Ἰταλίας ἐκέλευον καὶ οὕτως αὐτοῖς διακηρυκεύεσθαι, καὶ τὰς συμμαχίδας αὐτῷ πόλεις κατέτρεχόν τε καὶ ἥρουν, ἐν ἀμηχανίᾳ ἐγένετο, πρὶν

1 *τὴν* alterum om A. 4 *ἐπύροντο* C. 8 *μετεπέμπετο* B. 9 "*Πάππον*] ita mss codd" DUCANGIUS. Q. *Papum*. 12 *τις τῶν*] *τῶ* B. *πρὸς*] *εἰς* A. 16 *οὕτως* AC, *οὕτος* PW. 18 *τῆς* om A. 21 *ἐν ἀμηχανίᾳ ἐγένετο*] huc pertinere videtur Dionis excerptum Vaticanum 56 pag. 177 extr.

commeatus tum medicamentorum inopiam graviter afflicti. quamobrem Tarentum discessit antequam id Romani sensissent. consules, etsi flumen pugnandi causa transierunt, tamen cum audissent hostes omnes dissipatos esse, in urbes Apuliae hibernatum reversi, propter vulneratos milites illos persequi non potuerunt. Pyrrhus vero cum alia instruxit tum milites et pecunias domo advehi iussit. sed cum Fabricium et Pappum consules lectos in castra pervenisse cognovisset, in ea sententia non permansit.

Nicias vero quidam, qui fidus Pyrrho esse credebatur, ad Fabricium se contulit, se Pyrrhum dolo interfecturum pollicens. quod facinus indigne ferens Fabricius (virtute enim et viribus, non dolo superandos hostes, quemadmodum Camillus, censebat) insidias Pyrrho indicavit. qua re illum ita obstupefecit ut denuo Romanis captivos gratis restitueret et per legatos pacem peteret. ut autem Romani de pace nihil respondebant, sed iterum prius eum Italia excedere quam de pace agere iubebant, et urbes ei foederatas infestabant et expugnabant, animi du-

δὴ Συρακουσίων τινές (ἐτύγχανον δὲ ἐξ οὗ Ἀγαθοκλῆς ἐτελεύτησε στασιάζοντες) ἐπεκαλέσαντο αὐτόν, παραδιδόντες οἱ καὶ ἑαυτοὺς καὶ τὴν πόλιν. ἀναπνεύσας γὰρ ἐπὶ τούτῳ καὶ προσελπίσας
P I 377 πᾶσαν τὴν Σικελίαν καταστρέψασθαι, τὸν μὲν Μίλωνα ἐν Ἰτα-
W II 49 λίᾳ κατέλιπεν, ἐν φυλακῇ τόν τε Τάραντα καὶ τὰ ἄλλα ποιησό-5 μενον, αὐτὸς δὲ ὡς διὰ βραχέος ἐπανήξων ἀπέπλευσε. καὶ τῶν Συρακουσίων δεξαμένων αὐτὸν καὶ πάντα αὐτῷ ἀναθεμένων μέγας ἐν βραχεῖ αὖθις ἐγένετο, ὥστε τοὺς Καρχηδονίους φοβηθέντας μισθοφόρους ἐκ τῆς Ἰταλίας προσλαβεῖν. ἀλλὰ ταχὺ πρὸς τοὐναντίον αὐτῷ περιέστη τὰ πράγματα τῷ τε πολλοὺς τῶν ἐν τέλει τοὺς 10 μὲν ἐξελάσαι τοὺς δὲ διαφθεῖραι ὑποπτευομένους αὐτῷ. οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι, ἰδόντες αὐτὸν μήτε ταῖς οἰκείαις δυνάμεσιν ἐρρωμένον μήτε τοὺς ἐπιχωρίους δι' εὐνοίας ἔχοντα, τοῦ πολέμου προ-
B θύμως ἀντελάβοντο, καὶ τοὺς ἐκπίπτοντας τῶν Συρακουσίων δεχόμενοι δεινὰ αὐτὸν εἰργάσαντο, ὥστε μὴ τὰς Συρακούσας μόνον 15 ἀλλὰ καὶ τὴν Σικελίαν ἐκλιπεῖν.

6. Οἱ Ῥωμαῖοι δὲ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ πυθόμενοι ἀνεθάρσησαν καὶ πρὸς ἄμυναν τῶν ἐπικαλεσαμένων αὐτὸν ἐτράπησαν. καὶ τοὺς Ταραντίνους εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπερθέμενοι εἰσέβαλον εἰς τὸ Σαύνιον μετὰ ὑπάτων τοῦ Ῥουφίνου καὶ τοῦ Ἰουνίου, καὶ τὴν 20

1 *Συῤῥακουσίων* et sic aliquoties PW, quae infra *Συρακούσας*. 6 *βραχέος* ABCW, *βραχέως* P. *ἐπανήξων* C. 8 *βραχὺ* A. 10 *τῷ τε*] *τότε* C. *τε* superfluum. 16 *καταλιπεῖν* A. 20 *μετὰ*] *μετὰ καὶ* A.

Fontes. *Cap.* 6. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Vaticanum* 56 *p.* 178, *exc. Ursinianum* 147.

blum ea res erexit, quod a Syracusanis quibusdam (nam ex quo Agathocles decesserat, seditionibus agitabantur) arcessebatur, et urbem et semetipsos illius fidei permittentibus. concepta enim spe totius Siciliae potiundae, Milonem ad Tarentum caeteraque tutanda in Italia reliquit: ipse ut brevi reversurus discessit. et a Syracusanis exceptus, summa rerum ipsi permissa, rursus brevi spatio temporis tantus evasit, ut Carthaginienses illius metu ex Italia militem conducerent. sed celeriter ea fortuna mutata est in contrarium, quod multos ex primoribus sibi suspectos partim pellebat partim necabat. Carthaginienses enim, cum eum nec privatis viribus valere neque popularium habere studia cernerent, bellum strenue administrarunt, eumque Syracusanorum exsulibus suscipiendis male tractarunt: unde non Syracusas duntaxat sed totam Siciliam deseruit.

6. Romani vero, per eius absentiam confirmatis animis, ad ultionem eorum a quibus arcessitus fuerat conversi sunt. ac Tarentinorum vindicta in aliud tempus dilata, Rufini et Iunii consulum ductu et auspi-

τε χώραν ἐπόρθουν καὶ τείχη τινὰ ἐκλειφθέντα ἔλαβον. οἱ γὰρ Σαυνῖται εἰς τὰ ὄρη τὰ Κρανιτὰ λεγόμενα, ὅτι κρανίαν πολλὴν C ἔχουσι, τά τε φίλτατα καὶ τὰ τιμιώτατα ἀνεκόμισαν. καταφρονήσαντες οὖν οἱ Ῥωμαῖοι εἰς τὰ εἰρημένα ὄρη ἀναβῆναι ἐτόλμησαν. λασίων οὖν αὐτῶν καὶ δυσπροσβάτων ὄντων, πολλοὶ μὲν ἀπέθανον, πολλοὶ δὲ καὶ ἑάλωσαν.

Οἱ δ' ὕπατοι οὐκέτι κοινῇ τὸν πόλεμον ἐποιήσαντο, ἀλλήλους αἰτιώμενοι διὰ τὸ ἀτύχημα, ἀλλ' Ἰούνιος μὲν ἐδῄου μέρος τι τῆς Σαυνίτιδος, Ῥουφῖνος δὲ Λευκανοῖς καὶ Βρεττίοις ἐλυμήνατο. καὶ ἐπὶ Κρότωνα ὥρμησεν ἀποστάντα Ῥωμαίων, μεταπεμψαμένων αὐτὸν τῶν ἐπιτηδείων, φθασάντων δὲ τῶν λοιπῶν ἐπαγαγέσθαι παρὰ τοῦ Μίλωνος φρουράν, ἧς ἦρχε Νικόμαχος. D ἀγνοήσας οὖν τοῦτο καὶ ἀμελῶς τοῖς τείχεσι προσιὼν ὡς πρὸς φίλους, ἔπταισεν, ἐξαίφνης ἐπεκδρομόντων αὐτῷ. εἶτά τι ἐπινοήσας στρατήγημα τὴν πόλιν εἶλε· δύο γὰρ ἄνδρας αἰχμαλώτους ψευδαυτομόλους ἐς τὸν Κρότωνα ἔπεμψε, τὸν μὲν εὐθὺς λέγοντα ὅτι ἀπεγνωκὼς τὴν ἅλωσιν αὐτῶν ἐς τὴν Λοκρίδα προδιδομένην αὐτῷ μέλλει ἀπαιρεῖν, τὸν δ' ἕτερον μετὰ τοῦτο ὡς ἐν ὁδῷ ἐστι διαβεβαιούμενον. καὶ γὰρ ἵνα πίστιν ὁ λόγος ἔχῃ, ἀνεσκευάσατο καὶ προσεποιεῖτο ἐπείγεσθαι. ὁ γοῦν Νικόμαχος πιστεύσας τούτοις (καὶ οἱ κατάσκοποι γὰρ τὰ αὐτὰ ἀνήγγελλον) τὸν Κρότωνα P I 378

5 δυσπροβάτων B. μὲν om A. 10 ἐπὶ] ἐπεὶ C. 13 οὖν om C. 14 ἐπιδραμόντων B. 15 αἰχμαλώτους ψευδαυτομόλους AB, ψευδαυτομόλους αἰχμαλώτους PW. 19 ὁ λόγος ἔχῃ AB, ἔχῃ ὁ λόγος C, ἔχῃ λόγος PW. 20 οὖν AB. 21 γὰρ om A. ἀνήγγελον A. 21 et p. 124 v. 3 τὸν] τὴν B ex corr.

ciis Samnium invaserunt; agrisque vastatis castella quaedam ab incolis deserta occuparunt. Samnites enim in montes Cranitas, qui a cornorum frequentia sic dicuntur, carissima pignora et pretiosissima quaeque contulerunt. Romanis igitur per contemptum eos montes conscendere ausis, asperos atque arduos, multi occubuerunt, multi capti sunt.

Eius cladis culpam consules alter in alterum conferentes, de communi sententia bellum gerere destiterunt. ac Iunius partem Samniticae dicionis vastavit: Rufinus Lucanos et Bruttios afflixit. et ad Crotonem recuperandam profectus est, quae defecerat a Romanis, arcessitus a familiaribus suis. sed caeteri, ante adventum eius, praesidium, cui Nicomachus praeerat, a Milone arcessiverant. cuius rei ignarus cum ut ad amicorum moenia negligentius accessisset, subita hostium eruptione clades accepit. deinde arte quadam urbe potitus est. duos enim captivos transfugarum titulo Crotonem missis, quorum alter diceret eum desperata urbis expugnatione Locridem, quo a proditoribus vocetur, discessurum, alter deinde affirmaret eum iam in itinere esse. quae oratio ut esset probabilior, sarcinis collectis se properare simulavit. id Nicomachus verum esse ratus (nam speculatores idem renuntiabant), Crotone de-

λιπὼν ἐς τοὺς Λοκροὺς ἀπῄει σπουδῇ δι' ἐπιτομωτέρας ὁδοῦ. καὶ ἐν τῇ Λοκρίδι γενομένου αὐτοῦ ὁ Ῥουφῖνος ὑπέστρεψε πρὸς τὸν Κρότωνα, καὶ λαθὼν διά τε τὸ ἀπροσδόκητον καὶ δι' ὁμίχλην τότε συμβᾶσαν εἷλε τὴν πόλιν. μαθὼν δὲ τοῦτο Νικόμαχος ἀπῄει εἰς Τάραντα· καὶ ἐν ὁδῷ τῷ Ῥουφίνῳ περιπεσὼν πολλοὺς ἀπέ- 5
βαλε. καὶ οἱ Λοκροὶ τοῖς Ῥωμαίοις προσεχώρησαν.

Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Ῥωμαῖοι ἐστράτευσαν εἰς τὸ Σαύνιον καὶ ἐς Λευκανίδα καὶ Βρεττίοις ἐπολέμησαν. ὁ δὲ Πύρρος τῆς Σικελίας ἐκπεσὼν καὶ ἐπανελθὼν ἤδη δεινῶς αὐτοὺς ἐλύπει, καὶ τοὺς
B μὲν Λοκροὺς ἐκομίσατο (τὴν γὰρ φρουρὰν τῶν Ῥωμαίων ἀποκτει- 10
ναντες μετέστησαν), ἐπὶ δὲ τὸ Ῥήγιον στρατεύσας ἀπεκρούσθη καὶ αὐτὸς ἐτρώθη καὶ πλείστους ἀπέβαλε. μεταστὰς δὲ εἰς τὴν Λοκρίδα, καὶ τῶν αὐτῷ ἐναντία φρονησάντων δικαιώσας τινάς, παρὰ τῶν λοιπῶν σῖτον καὶ χρήματα ἔλαβε, καὶ εἰς Τάραντα ἀνεκομίσθη. κακῶς δὲ πάσχοντες ὑπὸ Ῥωμαίων οἱ Σαννῖται 15
ἐξαναστῆναι αὐτὸν ἐποίησαν. ἐλθὼν δὲ εἰς ἐπικουρίαν αὐτῶν
W II 50 ἐτράπη. τρωθέντος γὰρ πώλου ἐλέφαντος καὶ ἀποσεισαμένου τοὺς ἀναβάτας περιπλανωμένου τε κατὰ ζήτησιν τῆς μητρός, κἀκείνης ἐπὶ τούτῳ ταραχθείσης καὶ τῶν ἄλλων ἐλεφάντων θορυβηθέντων,
C φύρδην ἀνεμίχθησαν ἅπαντα. τέλος δὲ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπεκράτησαν, 20
συχνοὺς ἀποκτείναντες καὶ ὀκτὼ ἑλόντες ἐλέφαντας, καὶ τὸ χαράκωμα κατέσχον αὐτῶν. ὁ δὲ Πύρρος σὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι διέφυγεν εἰς τὸν Τάραντα, ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν Ἤπειρον ἀπέπλευσεν ὡς

8 λευκάδα C. 12 δ' C. 15 ὑπὸ A, ἀπὸ PW. 17 πώλου (πολλου B) τρωθέντος γὰρ ἐλέφαντος ABC. καὶ om A.

serta per viam breviorem celeriter Locros contendit. quo cum pervenisset, Rufinus converso ad Crotonem itinere, animadvertente nemine, quod et praeter exspectationem aderat et nebula conspectum eripuerat, urbem cepit. quo Nicomachus cognito Tarentum rediturus, cum in itinere in Rufinum incidisset, multos amisit. Locri ad Romanos se contulerunt.

Sequente anno Romanis contra Samnium et Lucaniam egressis belloque Bruttios adortis Pyrrhus Sicilia expulsus et in Italiam reversus permolestus fuit. Locros, qui Romano praesidio caeso defecerant, recepit. sed a Rhegii oppugnatione repulsus et ipse vulneratus est et multos milites amisit. inde in Locridem profectus, et quibusdam adversae factionis multatis, frumentoque et pecunia a caeteris acceptis, Tarentum rediit. a Samnitibus, quos Romani graviter urgebant, in auxilium evocatus, in fugam versus est. nam cum pullus elephanti vulneratus sessoribus excussis matrem passim quaereret, eaque perturbata etiam caeteri elephanti concitati essent, sine discrimine permista sunt omnia. sed tandem Romani multis occisis et octo elephantis captis, castris etiam potiti, vicerunt. Pyrrhus vero cum paucis equitibus Tarentum refugit atque inde in Epirum navigavit ut rediturus, Milone cum

αὖθις ἐπανήξων, τὸν Μίλωνα μετὰ φρουρᾶς εἰς Τάραντα καταλείψας, δοὺς αὐτοῖς δίφρον ἱμᾶσιν ἐκ τοῦ δέρματος τοῦ Νικίου ἐνδεδεμένον, ὃν ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ ἀπέκτεινεν. τὸν μὲν οὖν Νικίαν οὕτως ἐτιμωρήσατο, νεανίσκους δέ τινας ἐν συμποσίῳ σκώψαντας αὐτὸν τιμωρήσασθαι ἔμελλεν, ἐρωτήσας δ' αὐτοὺς διὰ τί ἔσκωπτον, ἐπεὶ ἀπεκρίθησαν ὅτι "πολὺ πλείω καὶ χαλεπώτερα εἰρήκειμεν ἂν D εἰ μὴ ὁ οἶνος ἡμᾶς ἐπιλέλοιπε," γελάσας ἀφῆκεν αὐτούς.

Πύρρος μὲν οὖν ἐπιφανέστατος ἐν στρατηγοῖς γενόμενος καὶ φόβον πολὺν τοῖς Ῥωμαίοις ἐμβαλὼν καὶ πέμπτῳ ἔτει τὴν Ἰταλίαν λιπὼν καὶ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσας οὐ πολλῷ ὕστερον ἐν Ἄργει ἀπέθανε (γυνὴ γάρ τις, ὡς λόγος ἔχει, παριόντα αὐτὸν ἰδεῖν ἀπὸ τοῦ τέγους ἐπιθυμήσασα ἐσφάλη καὶ ἐμπεσοῦσα διέφθειρεν αὐτόν)· ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει ὅ τε Φαβρίκιος καὶ ὁ Πάππος ἐτιμήτευσαν, καὶ ἄλλους τε τῶν ἱππέων ἀπήλειψαν καὶ τῶν βουλευτῶν, καὶ τὸν Ῥουφῖνον, καίπερ δικτατορεύσαντα καὶ δὶς ὑπατεύσαντα. P I 379 αἴτιον δ' ὅτι σκεύη ἀργυρᾶ λιτρῶν δέκα εἶχεν· οὕτως οἱ Ῥωμαῖοι πενίαν οὐ τὸ μὴ πολλὰ κεκτῆσθαι ἀλλὰ τὸ πολλῶν δεῖσθαι ἐνόμιζον. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς τε ἄρχουσι τοῖς ἐκδημοῦσι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς κατά τι πρᾶγμα τῇ πόλει διαφέρον ἐξιοῦσι τά τε ἄλλα τὰ ἀναγκαῖα καὶ δακτύλιος ἐκ τοῦ δημοσίου ἐδίδοτο.

Τῶν Ταραντίνων δέ τινες κακωθέντες ὑπὸ τοῦ Μίλωνος

2 *αὐτῷ* est in Ducangii notis, fortasse e codice ms. 4 *νεανίσκους* — 7 *ἀφῆκεν αὐτούς* Dionis excerptum Vaticanum 56. 6 *ὅτι* om A. *πολύ*] *πολλῷ* A. 10 *καὶ* om A. 12 *ἀπὸ* om B. *στέγους* A, *τόπου* C. 17 post *δεῖσθαι* AC add *εἶναι*. 20 *δακτύλιον* B.

praesidio Tarenti relicto, dataque sella quae loris e Niciae ob proditionem occisi pelle constricta erat. ac Niciam quidem ita ultus est, Tarentinos autem aliquot adolescentes ob dicteria quaedam puniturus rogavit cur ea petulantia usi essent: qui cum respondissent se longe plura et acerbiora in eum fuisse dicturos nisi vinum defecisset, eos cum risu dimisit.

Pyrrhus igitur illustrissimus imperator, qui multum terroris Romanis iniecit, quinto anno relicta Italia et in Graeciam expeditione suscepta non multo post Argis periit. mulier enim quaedam, ut fertur, eum praetereuntem videre cupiens, e superiore loco delapsa occidit. eodem anno Fabricius et Pappus censores facti, cum alios equites et senatores, tum Rufinum, quamvis dictatorium atque iterum consularem, notarunt, quod decem pondo argentea vasa habebat. ita Romani paupertatem non in parum habendo sed in multum concupiscendo positam esse crediderunt: eaque de causa magistratibus et aliis ob rem publicam peregre abeuntibus viaticum et anulus e publico dabatur.

Tarentini quidam Milonem, a quo male accepti fuerant, Nicone

ἐπέθεντο αὐτῷ, Νίκωνα προστησάμενοι. ὡς δ' οὐδὲν ἤνυσαν, τεῖχός τι τῆς σφετέρας χώρας κατέσχον, κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι τῷ
B Μίλωνι ἐπῄεσαν. ἐπεὶ δὲ ᾔσθοντο τοὺς Ῥωμαίους πολεμῆσαι σφίσι βουλομένους, πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην ἔστειλαν· καὶ εἰρήνης ἔτυχον.

Καὶ Πτολεμαῖος δὲ ὁ Φιλάδελφος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύς, τόν τε Πύρρον κακῶς ἀπηλλαχότα μαθὼν καὶ τοὺς Ῥωμαίους αὐξανομένους, δῶρά τε αὐτοῖς ἔπεμψε καὶ ὁμολογίαν ἐποιήσατο. καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπὶ τούτῳ ἡσθέντες πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἀντεπέστειλαν· οἳ μεγαλοπρεπῆ δῶρα παρ' ἐκείνου λαβόντες εἰς τὸ δημόσιον ταῦτα εἰσῆγον. ἡ δὲ βουλὴ οὐ προσήκατο, ἀλλ' εἴασεν αὐτοὺς ταῦτα ἔχειν.

Μετὰ δὲ ταῦτα τούς τε Σαυνίτας διὰ Καρουϊλίου ὑπέταξαν, καὶ Λευκανῶν καὶ Βρεττίων διὰ Παπειρίου ἐκράτησαν. καὶ τοὺς
C Ταραντίνους ὁ αὐτὸς Παπείριος ἐχειρώσατο. ἀχθόμενοι γὰρ τῷ Μίλωνι, καὶ πρὸς τῶν σφετέρων κακούμενοι τῶν, ὡς εἴρηται, ἐπιθεμένων τῷ Μίλωνι, Καρχηδονίους ἐπεκαλέσαντο, ἐπεὶ καὶ τὸν Πύρρον τεθνάναι ἔμαθον. ὁ δὲ Μίλων ἐν στενῷ ἑαυτῷ τὰ πράγματα συνηγμένα ὁρῶν, τῶν Ῥωμαίων ἐκ τῆς ἠπείρου ἐφεδρευόντων, τῶν δέ γε Καρχηδονίων ἐκ τῆς θαλάσσης, παρέδωκε τῷ Παπειρίῳ τὴν ἄκραν, ἐπὶ τῷ ἀβλαβὴς μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν καὶ τῶν χρημάτων ἀποχωρῆσαι. ἐντεῦθεν οἱ μὲν Καρχηδόνιοι

2 σφετέρων B. 3 ἐπίεσαν A, om C. 6 Καὶ Πτολεμαῖος — 11 οὐ προσήκατο Dionis excerptum Ursinianum 147. 9 ἀντα-πέστειλαν A Dionis exc. 13 καραιοῦ C. 16 τῶν prius om A. 19 συνηγμένα A, συνενηγμένα PW. 20 προέδωκε A.

duce aggressi, cum nihil profecissent, castello quodam suae dicionis occupato eum infestarunt. et cum didicissent Romanos contra se bellum moliri, legatis Romam missis pacem impetrarunt.

Ptolemaeus item Philadelphus Aegypti rex, Pyrrhi cladibus et Romanorum incrementis cognitis, et munera eis misit et amicitiam pepigit. quo Romani delectati vicissim legatos ad illum miserunt: qui magnifice ab illo donati munera in aerarium referre voluerunt; sed ea senatus non admissa ipsos habere iussit.

Post haec Samnites per Carvilium subegerunt, Lucanos et Bruttios per Papirium vicerunt. idem Papirius etiam Tarentinos domuit. qui cum Milonem aegre paterentur, et a suis Miloni, ut dictum est, infestis urgerentur, Carthaginiensium opem implorarunt, Pyrrhi cognito interitu. at Milo in angustias redactus, Romanis terra Carthaginiensibus mari prementibus, arcem Papirio ea condicione tradidit, ut sibi cum pecuniis et militibus incolumi discedere liceret. inde Carthaginienses ut

ὡς ἔνσπονδοι τοῖς Ῥωμαίοις ἀπέπλευσαν, ἡ δὲ πόλις προσεχώρησε τῷ Παπειρίῳ· καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὰς ναῦς αὐτῷ παρέδοσαν, καὶ τὰ τείχη καθεῖλον καὶ δασμοφορεῖν ὡμολόγησαν. D

Οὕτω δὲ τοὺς Ταραντίνους ὑφ' ἑαυτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι ποιησάμενοι ἐτράποντο πρὸς τὸ Ῥήγιον, ὅτι τὸν Κρότωνα προδοσίᾳ λαβόντες τήν τε πόλιν κατέσκαψαν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ Ῥωμαίους W II 51 διέφθειραν. τοὺς μὲν οὖν Μαμερτίνους τοὺς τὴν Μεσσήνην ἔχοντας, οὓς συμμάχους οἱ ἐν τῷ Ῥηγίῳ προσεδέχοντο, ὁμολογίᾳ διεχρούσαντο, ἐκακοπάθησαν δὲ πολιορκοῦντες τὸ Ῥήγιον σπάνει τε τροφῆς καὶ ἄλλοις τισίν, ἕως Ἱέρων ἐκ Σικελίας σῖτόν τε Ῥωμαίοις πέμψας καὶ στρατιώτας ἐπέρρωσε σφᾶς, καὶ τὴν πόλιν συνεῖλεν. ἣ τοῖς περιοῦσι τῶν ἀρχαίων πολιτῶν ἀπεδόθη· οἱ δ' ἐπιβουλεύσαντες αὐτῇ ἐκολάσθησαν.

Ὁ δέ γε Ἱέρων οὔτε πατρόθεν ἐπιφάνειαν ἔχων τινά, μητρόθεν δὲ καὶ δουλείᾳ προσήκων, Σικελίας ἁπάσης ἦρξε μικροῦ, καὶ φίλος Ῥωμαίοις ἐνομίσθη καὶ σύμμαχος. οὗτος οὖν τῶν Συ- P I 380 ρακουσίων κρατήσας μετὰ τὴν τοῦ Πύρρου φυγήν, καὶ τοὺς Καρχηδονίους εὐλαβηθεὶς ἐγκειμένους τῇ Σικελίᾳ, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπέκλινε, καὶ πρώτην χάριν αὐτοῖς τὴν εἰρημένην συμμαχίαν καὶ τὴν σιτοπομπίαν ἀπένειμε.

Μετὰ ταῦτα δὲ χειμῶνος γεγονότος πολλοῦ, ὥστε τὸν Τίβεριν εἰς πολὺ τοῦ βάθους κρυσταλλωθῆναι καὶ αὐανθῆναι τὰ

5 ὅτε C. 7 μαρμεντίνους C. Μεσήνην PW. 8 τῷ add A. 9 διεκρούσαντο] προσεδήσαντο CW. 11 ἐπτέρωσε C. 12 ἐπεδόθη C. 19 ἀπέκλινεν C. 20 τὴν om C. 22 κρυσταλωθῆναι BC.

Romanis foederati recesserunt: urbs Papirio deditionem fecit, armis et navibus traditis murisque dirutis et tributo imposito.

Tarentinis subactis Romani Rhegium invaserunt, quod Crotonem proditione captam evertissent et Romanos in urbe deprehensos occidissent. Mamertinos Messanae habitatores, a Rheginis ad belli societatem evocatos, pactione eluserunt. sed dum Rhegium obsident, et cibariorum penuria et aliis incommodis sunt conflictati: donec ab Hierone frumento et milite adiuti urbem expugnatam veterum civium reliquiis reddiderunt. de iis, qui eam per insidias oppresserant, supplicium sumptum est.

At Hieron neque patrio genere nobilis, et matre ancilla natus, toti paene Siciliae imperavit, Romanorum amicus et socius appellatus. qui cum post Pyrrhi fugam Syracusis potitus Carthaginienses insulae imminentes formidaret, ad Romanos inclinavit, eosque primo illo beneficio frumenti et auxiliorum demeruit.

Post haec saevissima hieme Tiberis in magnam altitudinem con-

δένδρα, οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐταλαιπώρησαν, καὶ τὰ βοσκήματα τῆς πόας ἐπιλιπούσης ἐφθάρησαν.

7. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Λόλιός τις ἀνὴρ Σαυνίτης ὁμηρεύων ἐν Ῥώμῃ καὶ ἐκδρὰς δύναμιν συνελέξατο, καὶ χωρίον τι καρτε-
B ρὸν τῇ οἰκείᾳ καταλαβὼν ἐλῄστευεν. ἐφ' ὃν Κόϊντός τε Γάλλος καὶ Γάϊος Φάβιος στρατεύσαντες αὐτὸν μὲν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ σύγκλυδας καὶ ἀόπλους τοὺς πλείονας ὄντας συνέσχον, χωρήσαντες δ' ἐπὶ Καρκίνους, παρ' οἷς τὴν λείαν ἐκεῖνοι ἀπετίθεντο, πράγματα ἔσχον. καὶ τέλος νυκτὸς ὑπ' αὐτομόλων ὑπερβάντες πη τοῦ τείχους ἐκινδύνευσαν ἀπολέσθαι διὰ σκότος, οὐχ ὡς ἀσελήνου τῆς νυκτὸς οὔσης, ἀλλ' ὅτι σφοδρότατα ἔνιφεν· ἐκφανείσης δὲ τῆς σελήνης ἀθρόον ἐκράτησαν τοῦ χωρίου.

Πολλὰ δὲ χρήματα τότε τῇ Ῥώμῃ ἐγένοντο, ὥστε καὶ ἀργυραῖς δραχμαῖς χρήσασθαι.

Εἶτα εἰς τὴν νῦν καλουμένην Καλαβρίαν ἐστράτευσαν, προ-
C φάσει μὲν ὅτι τὸν Πύρρον ὑπεδέξαντο καὶ τὴν συμμαχίδα κατέτρεχον, τῇ δ' ἀληθείᾳ ὅτι ἐβούλοντο οἰκειώσασθαι τὸ Βρεντέσιον, ὡς εὐλίμενον καὶ προσβολὴν καὶ κάταρσιν ἐκ τῆς Ἰλλυρίδος καὶ

3 *ναννίτης* A. 4 *χωρίον τι καρτερὸν* AB, *καρτερὸν χωρίον τι* PW. 6 *σὺν αὐτῷ*] *μετ' αὐτὸν* C. 8 *καρκίνους* C, *Καρικίνους* PW. 9 *ὑπ' αὐτομόλων ὑπερβάντες*] "aliquid a librario omissum videtur" Wolfius. "sic tamen omnes mss" Ducangius. 13 *ἐγένετο* AB. 15 *τὴν νῦν καλουμένην Καλαβρίαν* etiam infra, lib. 9 cap. 4 p. 424 b. Tzetzes ad Lycophronis v. 852 *ἡ γὰρ Μεσσαπία καὶ Ἰαπυγία, ὕστερον Σαλεντία, εἶτα Καλαβρία ἐκλήθη, καθά φησιν ὁ ἱστορικὸς Δίων* (fragm. Vales. 9). 18 *ἀλίμενον* C.

Fontes. *Cap.* 7. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: exc. Valesianum* 9, *Peirescianum* 43.

glaciavit, arbores aruerunt, Romani afflicti sunt, iumenta ex pabuli inopia perierunt.

7. Anno sequente Lollius Samnis Romae obses fuga elapsus manuque facta et munito suae regionis castello occupato latrocinium exercuit. eum cum suis, qui convenae erant et inermes maiori ex parte, Q. Gallus et C. Fabius comprehenderunt. sed Carcinorum oppugnatio, apud quos praedam reposuerant, difficilis fuit. denique vero transfugarum opera noctu superato muro in tenebris paene caesi fuissent, non ob noctem illunem, sed propter nivium procellas. cum autem luna illuxisset, subito castellum expugnarunt.

Eo tempore auctis opibus Romani drachmas argenteas usurpare coeperunt.

Deinde Calabriae quae nunc dicitur arma intulerunt, id crimini dantes, quod Pyrrhum recepissent et socios infestassent: sed revera ob eam causam, ut Brundusium subigerent, propter portuum commoditatem et facilem in Illyrium et Graeciam traiectum. eodem enim vento spi-

τῆς Ἑλλάδος τοιαύτην ἔχον ὥσθ' ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος καὶ ἐξανάγεσθαί τινας καὶ καταίρειν. καὶ εἶλον αὐτό, καὶ ἀποίκους ἔπεμψαν εἰς αὐτό τε καὶ εἰς ἕτερα. ταῦτα δ' ἀνύοντες καὶ ἐπὶ μεῖζον αἰρόμενοι οὐχ ὑπερεφρόνουν, ἀλλὰ Κύϊντον Φάβιον βουλευτὴν Ἀπολλωνιάταις τοῖς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ἐξέδωκαν, ὅτι πρέσβεις αὐτῶν ὕβρισεν. οἱ δὲ λαβόντες αὐτὸν ἀπέπεμψαν οἴκαδε ἀπαθῆ. D

Ἐπὶ δὲ Κυΐντου Φαβίου καὶ Αἰμιλίου ὑπάτων πρὸς Οὐλσινίους ἐστράτευσαν ἐπ' ἐλευθερίᾳ αὐτῶν· ἔνσπονδοι γὰρ ἦσαν αὐτοῖς. οἱ ἀρχαιότατοι Τυρσηνῶν ὄντες ἰσχύν τε περιεποιήσαντο καὶ τεῖχος κατεσκεύασαν ὀχυρώτατον, πολιτείᾳ τε εὐνομουμένῃ ἐκέχρηντο, καὶ δι' αὐτὰ πολεμοῦντές ποτε τοῖς Ῥωμαίοις ἐπὶ πλεῖστον ἀντέσχον. ὡς δ' ἐχειρώθησαν, αὐτοὶ μὲν ἐξώκειλαν εἰς ἁβρότητα, τὴν δὲ διοίκησιν τῆς πόλεως τοῖς οἰκέταις ἐπέτρεψαν, καὶ τὰς στρατείας δι' ἐκείνων ὡς τὸ πολὺ ἐποιοῦντο· καὶ τέλος ἐς τοῦτο προήγαγον σφᾶς, ὡς καὶ δύναμιν τοὺς οἰκέτας καὶ φρόνημα ἔχειν καὶ ἐλευθερίας ἑαυτοὺς ἀξιοῦν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ ἔτυχον ταύτης δι' ἑαυτῶν, καὶ τὰς σφῶν δεσποίνας ἠγάγοντο καὶ τοὺς δεσπότας διεδέχοντο, καὶ εἰς τὴν βουλὴν ἐνεγράφοντο καὶ τὰς ἀρχὰς ἐλάμβανον καὶ αὐτοὶ τὸ σύμπαν κῦρος εἶχον, καὶ τά τε ἄλλα καὶ τὰς ὕβρεις τὰς ὑπὸ τῶν δεσποτῶν αὐ- P I 381 W II 52

2 καταίρειν C, καθαίρειν PW. 3 ἕτερον A. ταῦτα — 7 ἀπαθῆ Dionis excerptum Peirescianum 43. ταῦτα δ' ἀνύοντες B, ταῦτα διανύοντες C, ταῦτ' ἀνύοντες A, Ταῦτα δὲ διανύοντες PW. 4 αἰρόμενοι PW. ὑπερφρόνουν C. φάβιόν τε βουλευτὴν C. 5 Ἀπωλλονιάταις PW. ὅτε, corr ὅτι, C. 10 αὐτοῖς AB, αὐτῶν PW. οἱ C, οἱ PW. post ἀρχαιότατοι PW add τῶν, om AB. 14 ἀκρότητα A. 15 τὸ] τοῦ A. 17 καὶ om A.

rante ex eo portu et solvere et in eundem appellere licebat. voti compotes facti colonos non modo Brundusium sed et in alia loca miserunt. quae cum perfecissent, et altius adscenderent, non sunt elati: sed Q. Fabium senatorem, ob contumeliam legatis factam, Apolloniatibus, qui in sinu Ionio habitant, dediderunt: quem illi acceptum, incolumem domum remisere.

Q. Fabio et Aemilio consulibus ad libertatem Volsiniis foederatis suis restituendam militarunt: qui cum Tyrrhenorum antiquissimi essent, et potentiam et moenia fortissima sibi pararant, et re publica bonis ornata legibus utebantur. quibus de causis aliquando bello suscepto Romanis longissimo tempore restiterunt. sed subacti, atque in delicias delapsi, rei publicae administrationem et bella fere gerenda servis commiserunt; eosque tandem eo evexerunt, ut opibus atque animis elati ipsi sese in libertatem assererent, et dominas suas uxores ducerent dominisque succederent, atque in senatum legerentur et magistratus inirent, et ipsi

τοῖς γινομένας ἰταμώτερον εἰς αὐτοὺς ἐκείνους ἀνταπεδείκνυντο. οὔτ' οὖν φέρειν σφᾶς οἱ ἀρχαῖοι πολῖται οὔτε καθ' ἑαυτοὺς δεδυνημένοι ἀμύνασθαι, λάθρα πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλαν. οἳ καὶ δι' ἀπορρήτων νυκτὸς τὴν γερουσίαν εἰς ἰδιωτικὴν οἰκίαν
B ἐλθεῖν, ἵνα μηδὲν ἐξαγγελθῇ, παρεκάλεσαν· καὶ ἔτυχον. καὶ οἱ μὲν ὡς οὐδενὸς ἐπακούοντος ἐβουλεύοντο, Σαυνίτης δέ τις παρὰ τῷ κυρίῳ τῆς οἰκίας ἐπιξενούμενος καὶ νοσῶν ἐλάθε κατὰ χώραν μείνας, καὶ ἔμαθεν ἃ ἐψηφίσαντο καὶ ἐμήνυσε τοῖς τὴν αἰτίαν ἔχουσι. κἀκεῖνοι τοὺς πρέσβεις ἐπανιόντας κατέσχον καὶ ἐβασάνισαν· καὶ μαθόντες τὰ δρώμενα αὐτούς τε ἀπέκτειναν καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πρώτους. δι' οὖν ταῦθ' οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Φάβιον ἐπ' αὐτοὺς ἔστειλαν. καὶ ὃς τούς τε ἀπαντήσαντας αὐτῷ ἐξ ἐκείνων ἐτρέψατο, καὶ πολλοὺς ἐν τῇ φυγῇ φθείρας κατέκλεισε τοὺς λοιποὺς εἰς τὸ τεῖχος, καὶ προσέβαλε τῇ πόλει. καὶ ὁ μὲν
C ἐνταῦθα τρωθεὶς ἀπέθανε, θαρσήσαντες δ' ἐπὶ τούτῳ ἐπεξῆλθον. καὶ ἡττηθέντες αὖθις ἀνεχώρησαν καὶ ἐπολιορκοῦντο· καὶ εἰς ἀνάγκην λιμοῦ ἐμπεσόντες παρέδωκαν ἑαυτούς. ὁ δὲ ὕπατος τοὺς μὲν ἀφελομένους τὰς τῶν κυρίων τιμὰς αἰκισάμενος ἔκτεινε καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψε, τοὺς δὲ αὐθιγενεῖς, καὶ εἴ τινες τῶν οἰκετῶν χρηστοὶ περὶ τοὺς δεσπότας ἐγένοντο, ἐν ἑτέρῳ κατῴκισε τόπῳ.

8. Ἐντεῦθεν ἤρξαντο οἱ Ῥωμαῖοι διαποντίων ἀγώνων·

1 ἀντεπεδείκνυντο C. 3 ἀμύναι C. 5 ἵνα AB, om C, ὅπως PW. 12 ἀπαντήσοντας A. 14 εἰς τοὺς τείχους C. 18 ἀφελόμενος B.

FONTES. *Cap.* 8. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Vaticana* 57—59 *p.* 178 *sq.*

omnem auctoritatem obtinerent, et, ut alia mittamus, iniurias a dominis sibi factas maiore petulantia in illos regererent. veteres igitur cives cum eos neque ferre neque suis viribus ulcisci possent, clam legatos Romam miserunt: qui precibus secreto impetrarunt ut senatus, ne res palam fieret, in privatis aedibus conveniret. atque illi quidem ut nemine audiente deliberabant: Samnis autem quidam aedium domini hospes, aegrotans et per incuriam ibi relictus, cognito senatusconsulto monuit eos qui accusabantur. illi igitur quaestionibus habitis de legatis, cum quid ageretur intellexissent, et illos et primores civitatis occiderunt. quapropter Fabius a Romanis contra eos missus omnes qui in aciem descenderant profligavit, in fuga multos occidit, reliquos in urbem compulsos oppugnavit. ubi cum ex vulnere occubuisset, servi resumpta fiducia eruperunt: sed victi atque obsidione ad famem redacti deditionem fecerunt. consul eos qui suis dominis magistratus eripuerant excruciatos necavit, urbem evertit: indigenas et servos qui in dominorum fide manserant alibi collocavit.

8. Ab eo tempore Romani transmarina bella gerere sunt aggressi,

ναυτικῶν γὰρ οὔ τι πάνυ πεπείραντο· θαλαττουργοὶ δὲ γενόμενοι καὶ ἐπὶ τὰς νήσους τάς τε ἄλλας ἠπείρους ἐπεραιώθησαν. Καρχηδονίοις δὲ πρώτοις ἐπολέμησαν, οὐδὲν αὐτῶν οὖσιν ἥττοσιν οὔτε πλούτῳ οὔτε ἀρετῇ χώρας, καὶ ἠσκημένοις τὰ ναυτικὰ εἰς ἀκρί- D
βειαν, καὶ παρεσκευασμένοις ἱππικαῖς τε δυνάμεσι καὶ πεζαῖς καὶ ἐλέφασι, καὶ ἄρχουσι Λιβύων, τήν τε Σαρδὼ καὶ τῆς Σικελίας τὰ πλείω κατέχουσιν· ὅθεν καὶ τὴν Ἰταλίαν χειρώσασθαι δι' ἐλπίδων πεποίηντο. τά τε γὰρ ἄλλα σφᾶς φρονηματίζεσθαι ἔπειθον, καὶ τῷ αὐτονόμῳ λίαν ἐτύγχανον ἐπαιρόμενοι (τὸν γὰρ βασιλέα ἑαυτοῖς κλῆσιν ἐτησίου ἀρχῆς ἀλλ' οὐκ ἐπὶ χρονίῳ δυναστείᾳ προὐβάλλοντο), καὶ ὡς αὐτοῖς πονούμενοι προθυμότατα ὤργων.

Σκήψεις δὲ τοῦ πολέμου ἐγένοντο Ῥωμαίοις μὲν ὅτι Καρχηδόνιοι τοῖς Ταραντίνοις ἐβοήθησαν, Καρχηδονίοις δὲ ὅτι φιλίαν P I 382
Ῥωμαῖοι συνέθεντο τῷ Ἱέρωνι· τὸ δ' ἀληθές, ὅτι ἀλλήλους ὑφορῶντο, καὶ μίαν σωτηρίαν τῶν οἰκείων ἑκάτεροι ᾠοντο εἰ τὰ τῶν ἄλλων προσκτήσαιντο. οὕτω διανοουμένοις αὐτοῖς συμπεσόν τι τὰς σπονδάς τε διέλυσε καὶ ἐς τὸν πόλεμον αὐτοὺς ἐξηρέθισε· τὸ δ' ἦν τοιοῦτον.

Οἱ Μαμερτῖνοι ἐκ Καμπανίας ποτὲ πρὸς Μεσσήνην ἀποι-

1 *οὔ τι*] *ὅτι* C. 4 *εἰς*] *πρὸς* AB. 8 *φρανιματίζεσθαι* C. 9 *ἐπαγόμενοι* C. 10 *ἐτησίαν* A. 11 *πονούμενοι*] *πτοούμενοι* CW. *ὤργουν* W: "mss codd *ὄργων*" DUCANGIUS. 12 *σκῆψις* A. *Σκήψεις* — 18 *ἦν τοιοῦτον* Dionis excerptum Vaticanum 57. 14 *ὑφεσωρῶντο* (*ὑφεωρῶντο*) Dionis exc. 16 *διανοουμένοις* AB, *διανοημένοις* (corr *διανενοημένοις*) C, *διανενοημένοις* PW. 17 *ἐς* BC Dionis exc., *εἰς* PW. 19 *μαρμετῖνοι* B. *Μεσήνην* PW.

prius classis instruendae plane rudes. cum autem in mari versari coepissent, in insulas aliasque continentes traiecerunt. sed cum Carthaginiensibus primum sunt congressi, nihilo neque opibus neque agri bonitate inferioribus, et in re nautica exercitatissimis; qui praeterea pedestribus equestribusque copiis et elephantis pollebant, et Libyae, Sardiniae ac magnae parti Siciliae imperabant: unde in spem Italiae quoque subigendae erigebantur. nam praeter alia superbiae incitamenta immodica quoque libertas animos eis faciebat (eorum enim rex annui magistratus, non diuturnae potestatis auctoritatem habebat), et, suis quippe rationibus consulentes, ad id summa alacritate ferebantur.

Belli causae praetendebantur a Romanis, quod Carthaginienses Tarentinis opem tulissent; a Carthaginiensibus, quod Romani cum Hierone amicitiam iniissent. sed vera causa illa erat, quod invicem se suspectos habebant, et utrique incolumitatem suam in eo sitam esse putabant, si alteros subegissent. cum sic affecti essent, huiusmodi occasio solvendae pacis et auspicandi belli incidit.

Mamertini qui olim ex Campania coloniam Messanam deduxerant,

κίαν στειλάμενοι, τότε δ' ὑπὸ Ἱέρωνος πολιορκούμενοι, ἐπεκαλέσαντο τοὺς Ῥωμαίους οἷα σφίσι προσήκοντας. κἀκεῖνοι ἑτοίμως ἐπικουρῆσαι αὐτοῖς ἐψηφίσαντο, εἰδότες ὅτι, ἂν τῆς συμμαχίας
B αὐτῶν οἱ Μαμερτῖνοι μὴ τεύξωνται, πρὸς τοὺς Καρχηδονίους τραπήσονται, κἀκεῖνοι τῆς τε Σικελίας ὅλης κρατήσουσι καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐξ αὐτῆς διαβήσονται. ἡ γὰρ νῆσος αὕτη βραχὺ τῆς ἠπείρου διέχει, ὡς μυθεύεσθαι ὅτι ποτὲ καὶ αὐτὴ ἠπείρωτο. ἥ τε οὖν νῆσος οὕτω τῇ Ἰταλίᾳ ἐπικειμένη ἐδόκει τοὺς Καρχηδονίους ἐκκαλέσασθαι καὶ τῶν ἀντιπέρας ἀντιποιήσασθαι, ἄν γε ταύτην κατάσχωσι, καὶ ἡ Μεσσήνη παρεῖχε τοῖς κρατοῦσιν αὐτῆς καὶ τοῦ πορθμοῦ κυριεύειν.

Ψηφισάμενοι δὲ βοήθειαν οἱ Ῥωμαῖοι τοῖς Μαμερτίνοις,
W II 53 οὐ ταχέως αὐτοῖς ἐπεκούρησαν διά τινας ἐπισυμβάσας αἰτίας.
C ὅθεν ἀνάγκῃ πιεζόμενοι οἱ Μαμερτῖνοι Καρχηδονίους ἐπεκαλέσαντο. οἱ δὲ καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἐπικαλεσαμένοις εἰρήνην κατεπράξαντο πρὸς Ἱέρωνα, ἵνα μὴ οἱ Ῥωμαῖοι ἐς τὴν νῆσον περαιωθῶσι, καὶ τὸν πορθμὸν δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐφύλασσον, Ἄννωνος σφῶν ἡγουμένου. κἀν τούτῳ Γάϊος Κλαύδιος χιλιαρχῶν ναυσὶν ὀλίγαις ὑπὸ Ἄππίου Κλαυδίου προπεμφθεὶς εἰς τὸ Ῥήγιον ἀφίκετο. διαπλεῦσαι δὲ οὐκ ἐθάρρησε, πολὺ πλεῖον τὸ τῶν Καρχηδονίων ὁρῶν ναυτικόν. ἀκατίῳ δ' ἐμβὰς προσέσχε τῇ Μεσσήνῃ καὶ διειλέχθη
D αὐτοῖς ὅσα ὁ καιρὸς ἐδίδου. ἀντειπόντων δὲ τῶν Καρχηδονίων,

7 αὖτη PW. 10 Μεσήνη PW. 12 δὲ om C. 16 ἐς] πρὸς C. 17 δὲ om A. 21 προσέσχε ABC, προέσχε PW. Μεσήνῃ PW.

tum autem ab Hierone obsidebantur, opem Romanorum, ut quos cognatione attingerent, implorarunt: quibus alacriter auxilia sunt decreta. neque enim obscurum erat Mamertinos ad Carthaginienses transituros si a Romanis destituerentur: qui subacta tota Sicilia inde in Italiam transituri essent. ea enim insula parum a continente distat, unde olim Italiae fuisse iunctam fabulantur. ob situm igitur Italiae tam propinquum Carthaginienses invitare videbatur ut ea occupata etiam oppositam continentem sibi vindicarent: et qui Messanam tenebant, etiam fretum illud angustum in potestate habebant.

Romani vero auxilia Mamertinis decreta ob causas quasdam non statim miserunt: quare illi urgente necessitate Carthaginienses implorarunt. qui et supplicibus et sibi ipsis pacem cum Hierone confecerunt, ne Romani in insulam traiicerent; et urbem atque fretum Hannone duce custodiverunt. interea C. Claudius tribunus militum ab Appio Claudio cum paucis navibus praemissus Rhegium venit. sed cum hostilem classem longe maiorem videret, traiicere non ausus, navicula conscensa Messanam appulit, et cum Mamertinis ea collocutus est quae tempus ferebat. sed Carthaginiensibus refragatis, tum quidem rebus infectis recessit: post

τότε μὲν μηδὲν πράξας ἀνεκομίσθη, μετὰ ταῦτα δὲ γνοὺς τοὺς Μαμερτίνους ἐν στάσει ὄντας (οὔτε γὰρ τοῖς Ῥωμαίοις ὑπείκειν ἐβούλοντο καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐβαρύνοντο) ἔπλευσεν αὖθις, καὶ ἄλλα τε εἶπεν ἐπαγωγά, καὶ ὡς ἐπ' ἐλευθερώσει τῆς πόλεως ἥκει, καὶ ἐπειδὰν κατασταῖεν τὰ πράγματα, ἀποπλεύσει· καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἢ ἀποχωρῆσαι ἐκέλευσεν ἢ, εἴ τι δίκαιον ἔχοιεν, τοῦτο εἰπεῖν. ὡς δ' οὔτε τῶν Μαμερτίνων τις ὑπὸ δέους ἐφθέγγετο, καὶ οἱ Καρχηδόνιοι βίᾳ τὴν πόλιν κατέχοντες οὐδὲν αὐτοῦ ἐφρόντιζον, "αὔταρκες" ἔφη "μαρτύριον παρ' ἀμφοτέρων ἡ σιωπή, τῶν μὲν ὅτι ἀδικοῦσιν (εἰ γάρ τι ὑγιὲς ἐφρόνουν, ἐδικαιολογήσαντο ἄν), τῶν δὲ ὅτι τῆς ἐλευθερίας ἐφίενται· ἐπαρρησιάσαντο γὰρ ἄν, εἰ τὰ τῶν Καρχηδονίων προῄρηντο." καὶ ἐπηγγέλλετο βοηθήσειν αὐτοῖς. θορύβου δὲ καὶ ἐπαίνου παρὰ τῶν Μαμερτίνων ἐπὶ τούτοις γενομένου εὐθὺς ἀνέπλευσε πρὸς τὸ Ῥήγιον, καὶ μετ' ὀλίγον παντὶ τῷ ναυτικῷ βιασάμενος τὸν διάπλουν, τὸ μέν τι ὑπὸ τοῦ πλήθους καὶ τῆς τέχνης τῶν Καρχηδονίων, τὸ δὲ πλεῖστον διὰ τὴν τοῦ ῥοῦ χαλεπότητα καὶ χειμῶνα ἐξαίφνης γινόμενον, τινάς τε τῶν τριηρῶν ἀπέβαλε καὶ ταῖς λοιπαῖς μόλις εἰς τὸ Ῥήγιον ἀπεσώθη. P I 383 B

9. Οὐ μέντοι τῆς θαλάσσης οἱ Ῥωμαῖοι διὰ τὴν ἧττων

2 τοὺς ῥωμαίους C. 4 ἄλλα τε εἶπεν — 13 βοηθήσειν αὐτοῖς Dionis excerptum Vaticanum 58. 5 ἥκειν A. 6 ὑποχωρῆσαι C: Dionis exc. ἀποχωρῆσαι. ἐκέλευσεν A Dionis exc., ἐκέλευεν PW. 13 ἐπηγγέλλετο ABC, ἐπηγγέλλοντο PW. 16 μέν τι] μέντοι AB, μὲν PW. 18 γενόμενον A. τινάς τε — p. 134 v. 6 Ῥωμαίους ἔᾶσαι Dionis excerptum Vaticanum 59. τριηρῶν A, τριήρων PW.

Fontes. *Cap.* 9. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Vaticana* 59—61 *p.* 180 *sq.*

autem, cum Mamertinos in motu esse cognovisset (neque enim Romanis parere volebant, et Carthaginienses aegre patiebantur), rursus navigavit. et praeter alia ad persuadendum apta, se liberandae civitatis ergo adesse dixit, et rebus in integrum restitutis recessurum: Carthaginienses vero aut recedere aut quam iustam manendi causam haberent exponere iussit. cum vero neque Mamertinus quisquam prae metu loqueretur, et Carthaginienses urbem vi tenentes nihil eum curarent, "satis" inquit "argumenti est utrorumque silentium, alteros iniuste agere (nam si causa freti essent, se defenderent), alteros libertatis esse cupidos. si enim Carthaginiensibus studerent, libere id profiterentur." et opem se iis laturum esse promisit. quae cum Mamertini cum plausu et laudibus excepissent, Rhegium statim rediit; ac paulo post cum tota classe vi traiicere conatus, partim ob multitudinem et sollertiam Carthaginiensium, partim ob freti saevitiam et tempestatem subito exortam, triremibus aliquot amissis, cum reliquis aegre tenuit Rhegium.

9. Neque tamen ob eam cladem Romani mari abstinuerunt, sed

ἀπέσχοντο, ἀλλ' ὁ μὲν Κλαύδιος τὰς ναῦς ἐπεσκεύαζεν, Ἄννων δὲ τὴν αἰτίαν τῆς τῶν σπονδῶν διαλύσεως εἰς τοὺς Ῥωμαίους τρέψαι βουλόμενος καὶ τὰς ἁλούσας τριήρεις τῷ Κλαυδίῳ ἔπεμψε καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπεδίδου καὶ πρὸς τὴν εἰρήνην προεκαλεῖτο αὐτόν. ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἐδέξατο, ἠπείλησε μηδ' ἀπονίψασθαί ποτε τὰς χεῖρας ἐν τῇ θαλάσσῃ τοὺς Ῥωμαίους ἐᾶσαι. C ὁ Κλαύδιος δὲ τὴν τοῦ πορθμοῦ φύσιν κατανοήσας ἐτήρησε τὸν ῥοῦν καὶ τὸν ἄνεμον ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν Σικελίαν ἅμα φέροντας, καὶ οὕτω διέπλευσεν εἰς τὴν νῆσον, μηδενὸς ἐναντιωθέντος. εὑρὼν οὖν ἐν τῷ λιμένι τοὺς Μαμερτίνους (ὁ γὰρ Ἄννων προϋποπτεύσας αὐτοὺς ἐν τῇ ἀκροπόλει καθῆστο φυλάττων αὐτήν) ἐκκλησίαν συνήγαγε, καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς ἔπεισε μεταπέμψασθαι τὸν Ἄννωνα. ὁ δὲ καταβῆναι οὐκ ἤθελε· φοβηθεὶς δὲ μὴ οἱ Μαμερτῖνοι ὡς ἀδικοῦντος αὐτοῦ νεωτερίσωσιν, ἦλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. καὶ πολλῶν ὑπ' ἀμφοῖν μάτην λεχθέντων συνήρπασέ τις τῶν Ῥωμαίων αὐτὸν καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ δεσμωτήριον, συνεπαινούντων τῶν Μαμερτίνων.

D Καὶ ὁ μὲν οὕτως ὅλην ἀνάγκῃ τὴν Μεσσήνην ἐξέλιπεν, οἱ Καρχηδόνιοι δὲ ἐκόλασαν μὲν τὸν Ἄννωνα, κήρυκα δὲ τοῖς Ῥωμαίοις ἔπεμψαν τήν τε Μεσσήνην ἐκλιπεῖν κελεύοντες καὶ ἐκ πάσης ἀπελθεῖν Σικελίας ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ· καὶ στρατιὰν ἀπεστάλκασιν. ὡς δ' οὐκ ἐπείθοντο οἱ Ῥωμαῖοι, τούς τε μισθοφοροῦντας παρ' W II 54 αὐτοῖς ἐξ Ἰταλίας ἀπέκτειναν καὶ τῇ Μεσσήνῃ προσέβαλον (συνῆν

5 ποτε τὰς χεῖρας A Dionis exc., τὰς χεῖρας ποτὲ PW. 8 ουτως ἔπλευσεν A. 9 ἐς C. εὑρὼν οὖν — 13 οὐκ ἤθελε Dionis excerptum Vaticanum 60. 18 et 20 Μεσήνην PW. 19 δὲ om C. 23 Μεσήνῃ PW.

Claudius naves refecit. Hanno causam rupti foederis Romanis adscripturus, etiam captas triremes Claudio remisit, captivosque restituit, eumque ad pacem provocavit. sed cum ille nullas condiciones admitteret, minatus est se non passurum ut Romani vel manus in mari abluerent. Claudius vero, freti natura considerata, captavit refluxum eius et ventum simul ex Italia in Siciliam ferentes, itaque in insulam traiecit prohibente nemine; et Mamertinis in portu inventis (nam Hanno, cum cives suspectos haberet, arcem tuebatur) pro contione persuasit ut Hannonem arcesserent. qui etsi descendere nolebat, tamen veritus ne Mamertini de iniuriis sibi factis conquerentes novi aliquid molirentur, in contionem venit; et multis verbis utrinque frustra factis, a quodam Romano comprehensus in carcerem coniicitur, Mamertinis approbantibus.

Sic ille tota Messana necessario relicta a Carthaginiensibus multatus est; et una cum exercitu caduceator ad Romanos missus, per quem edicebant ut Messanam relinquerent et intra certum diem tota Sicilia excederent. Romanis vero non obtemperantibus, Italos qui apud ipsos

δὲ καὶ ὁ Ἱέρων αὐτοῖς) καὶ τὴν πόλιν ἐπολιόρκουν καὶ τὸν πορθμὸν ἐφύλασσον, ὡς μήτε στράτευμα μήτε σῖτος αὐτοῖς κομισθῇ. ὃ μαθὼν ὁ ὕπατος ἤδη πλησιάζων, ὡς εὗρε συχνοὺς αὐτῶν πολλαχῇ κατὰ πρόφασιν ἐμπορίας ἐλλιμενίζοντας, ἐξηπάτησε σφᾶς ὅπως P I 384 διέλθῃ τὸν πορθμὸν ἀσφαλέστατα, καὶ ἔλαθε νυκτὸς τῇ Σικελίᾳ προσορμισάμενος. καὶ προσπλεύσας οὐ πόρρω τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἱέρωνος αὐτίκα συνέμιξε, νομίζων φοβερώτατος αὐτοῖς ἐκ τοῦ ἀθρόου φανήσεσθαι. ἀντεπεξελθόντων δ' αὐτῶν τὸ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἱππικὸν ἡλαττώθη, τὸ δ' ὁπλιτικὸν ὑπερέσχε. καὶ ὁ Ἱέρων τότε μὲν εἰς τὰ ὄρη, ἐς δὲ τὰς Συρακούσας ὕστερον ἀπεχώρησεν.

Ὁ οὖν Κλαύδιος, ἀποχωρήσαντος τοῦ Ἱέρωνος καὶ τῶν Μαμερτίνων διὰ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἀναθαρσησάντων, ἐπῆλθε τοῖς Καρχηδονίοις μονωθεῖσιν ἤδη, καὶ τῷ σφῶν προσέβαλε χαρακώματι, ὄντι οἷον ἐν χερρονήσῳ. ἐντεῦθεν μὲν γὰρ ἡ θάλασσα B τοῦτο συνεῖχεν, ἐντεῦθεν δ' ἕλη τινὰ δυσδιάβατα· ἐπὶ δὲ τὸν αὐχένα, δι' οὗπερ μόνου εἰσῆισαν στενοτάτου τυγχάνοντος, ἐπεποίητο διατείχισμα. βιαζόμενοι οὖν πρὸς ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι ἐταλαιπώρησαν καὶ βαλλόμενοι ἀνεχώρησαν. οἱ δὲ Λίβυες θαρσήσαντες ἐπεξῆλθον, καὶ ὡς φεύγοντας ἐπιδιώκοντες ἔξω προεληλύθεισαν τῶν στενῶν· κἀνταῦθα ἐπιστραφέντες οἱ Ῥωμαῖοι αὐτοὺς ἐτρέψαντο καὶ πολλοὺς ἀπέκτειναν, ὥστε αὐτοὺς μηκέτι τοῦ στρα-

3 παντα χῆ A. 5 ἀσφαλῶς A. 10 τότε μὲν om A. 15 χερονήσῳ BC. 19 οἱ δὲ Λίβυες — p. 136 v. 1 ὁ Κλαύδιος Dionis excerptum Vaticanum 61. 20 προεληλύθεισαν A, προεληλύθασι PW. αὐτοὺς om C.

stipendia merebant occiderunt; et Hierone adiuvante, impetu facto, Messanam obsederunt; ac fretum custodierunt ut neque milites neque frumentum ad eos importarentur. quo consul iam appropinquans animadverso, ut milites ubique in portu per causam mercaturae faciendae versantes invenit, eos decepit, ut quam minimo cum periculo fretum transiret; noctuque clam in Sicilia non procul a castris Hieronis appulit, eumque statim aggressus est, se improvisa impressione maximum illis terrorem illaturum ratus. verum equites eius succubuerunt, sed gravis armaturae milites superiores evaserunt. Hieron tum in montes, post Syracusas se contulit.

1 *εἰς αὐτὴν ἠξίουν αὐτόν* AB, *ἠξίουν αὐτὸν εἰς αὐτὴν* PW. 3 *πλόϊμον* A. 5 *καὶ τῶν* A Plutarchus, *τῶν τε* PW. 6 *Σκύθην*] *Σκήνην* Plutarchus vulgo. 7 *Σοφοκλέους*] incerti dramatis: Plutarchi Pomp. c. 78 et Moral. (*πῶς δεῖ τὸν νέον κ. τ. λ.*) p. 33 d. 8 *δὲ*] *δὴ* C. 9 *μολῇ* P, om W. 10 *ὄντος* om C. 14 *ἐκ*] *καὶ* A. 15 *ἀπεσκοπεῖτο* Plutarchus. *φιλίππου* AB Plutarchus, *φίλου* C, *φίλου Φιλίππου* PW. 16 *λαμβανόμενον* A Plutarchus, *λαβόμενον* PW. 17 *τὸν τήβεννον* C.

cymba accesserat, qui ea vehebantur, eum salutarunt graece, et in naviculam conscendere iusserunt: mare enim vadosum et arenosum triremem non capere. salutata igitur Cornelia uxore iam eius exitium plangente, et duobus centurionibus ac liberto Philippo servoque cui Scythae nomen erat una conscendere iussis, ad uxorem et filium conversus illis Sophoclis versibus recitatis

tyranni in aedes quisquis intulit pedem
fit servus illi, liber etsi venerit

cymbam ingressus est. et cum a terra longe adhuc abesset, orationem quam in parvo libello graece scripserat, ut eam apud regem haberet, legit. ut ad terram appulerant, Cornelia et amici e triremi quid futurum esset solliciti speculabantur. interea Pompeium, qui Philippi manum prehenderat ut surgeret, Septimius primus a tergo traiicit, deinde Achillas et caeteri. at ille toga facie obducta tantum ingemuit, neque quicquam se indignum locutus ex vulneribus mortuus est, anno aetatis undesexagesimo.

Οἱ δ' ἀπὸ τῶν νεῶν ὡς ἐθεάσαντο τὴν σφαγήν, θρῆνον ἐξάκουστον ἄχρι τῆς γῆς ἐκχέαντες ἔφυγον. τοῦ δὲ Πομπηΐου τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτέμνουσι, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα γυμνὸν ἐκβαλόντες ἀπὸ τῆς ἁλιάδος τοῖς δεομένοις ἀπέλιπον τοιούτου θεάματος. παρέμεινε δὲ αὐτῷ Φίλιππος ἕως ἐγένοντο μεσταὶ τῆς ὄψεως· W II 130
εἶτα περιλούσας τῇ θαλάσσῃ τὸ σῶμα καὶ χιτωνίῳ τινὶ τῶν ἑαυτοῦ περιστείλας, μικρᾶς ἁλιάδος εὑρὼν λείψανα, τούτοις αὐτὸ κατέκαυσε, καί τινος ἀνδρὸς Ῥωμαίου γηραιοῦ ἤδη, τὰς δὲ πρώ- D
τας στρατείας ἔτι νέῳ Πομπηΐῳ συστρατευσαμένου, συνεπιλαβομένου αὐτῷ. ὃς ἐπιστὰς τῷ Φιλίππῳ εἶπε "τίς ὢν, ὦ ἄνθρωπε, θάπτειν διανοῇ Μάγνον Πομπήϊον;" ἐκείνου δὲ φήσαντος ὡς ἀπελεύθερος, "ἀλλ' οὐ μόνῳ σοί" ἔφη "τοῦτο τὸ καλὸν ὑπάρξει, κἀμὲ δὲ ὥσπερ εὑρήματος εὐσεβοῦς δέξαι κοινωνόν, ἅψασθαι καὶ περιστεῖλαι ταῖς ἐμαῖς χερσὶ τὸν μέγιστον αὐτοκράτορα Ῥωμαίων."

Οὕτω μὲν ἐκηδεύθη Πομπήϊος· (10) οὐ πολλῷ δ' ὕστερον Καῖσαρ ἐλθὼν εἰς Αἴγυπτον τὸν μὲν προσφέροντα τὴν κεφαλὴν Πομπηΐου ὡς παλαμναῖον ἀπεστράφη, τὴν δὲ σφραγῖδα τοῦ ἀν- P I 488
δρὸς δεξάμενος ἐδάκρυσεν, Ἀχιλλᾶν δὲ καὶ Ποθεινὸν ἔκτεινεν. αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς Πτολεμαῖος μάχῃ λειφθεὶς παρὰ τὸν ποταμὸν ἠφανίσθη. Θεόδοτος δὲ ὁ σοφιστὴς τὴν μὲν ἐκ Καίσαρος

2 ἐκχέοντες C. 5 τῆς om C. 13 ὥσπερ ABCW Plutarchus, om P. 19 Ἀχιλλᾶν δὲ καὶ Ποθεινὸν ἔκτεινεν etc.] haec ex Plutarchi Pompeio, c. 80: iidem et rex Ptolemaeus mox vivi introducuntur, secundum Plutarchi vitam Caesaris, c. 48. 20 λειφθεὶς Plutarchus, ληφθεὶς PW.

Fontes. *Cap.* 10. *Plutarchi Pompeius, c.* 80; *Caesar, c.* 48—56.

Qui in navibus erant, caede eius visa cum tanto eiulatu ut in terra exaudiretur fugerunt. caedis vero ministri capite amputato truncum nudum e cymba in litus abiecerunt, ut spectaculo quibusvis esset. quo dum populus satiaretur, Philippus ibi mansit: deinde mari ablutum corpus et sua tunicula involutum parvae cymbae reliquiis cremavit, et sene quodam Romano, qui prima stipendia sub Pompeio adolescente meruerat, adiutore sepeliit. cui Philippus percontato quis esset, qui Pompeium Magnum sepelire instituerat, respondit se libertum illius esse. tum senex "istud" inquit "decus non tui unius erit: me quoque pii quasi lucri consortem admittito, ut meis et ipse manibus tangam et ornem Romanorum imperatorem maximum."

Hae Pompeii fuerunt exsequiae: (10) Caesar autem non multo post in Aegyptum cum venisset, eum a quo ei caput Pompeii afferebatur tanquam parricidam est aversatus; et anulo eius accepto illacrimavit: Achillam et Pothinum interfecit. ipse rex Ptolemaeus in praelio ad flumen a suis derelictus evanuit. Theodotus vero rhetor tum quidem

δίκην διέφυγεν ὑπεξελθὼν Αἴγυπτον καὶ ταπεινὰ πράττων καὶ μισούμενος, Βρούτῳ δὲ Μάρκῳ τῷ Καίσαρα κτείναντι περιπεσὼν ἐν Ἀσίᾳ καὶ πᾶσαν αἰκίαν ὑπ' αὐτοῦ αἰκισθεὶς ἀπεκτάνθη. ὅσοι δὲ τῶν Πομπηΐου φίλων ἐαλώκεσαν ὑπὸ τοῦ τῆς Αἰγύπτου κρατοῦντος, πάντας εὐηργέτησεν ὁ Καῖσαρ καὶ προσηγάγετο.

Κἀκεῖ δὲ πόλεμον συνεστήσατο, καὶ κρύφα τὴν ΚλεοπάΒ τραν ἀπὸ τῆς χώρας μετεπέμπετο, ἐκβληθεῖσαν ἤδη τῆς βασιλείας τε καὶ τῆς πόλεως παρὰ τοῦ εὐνούχου Ποθεινοῦ. ἣ σὺν μόνῳ τῷ Σικελιώτῃ Ἀπολλοδώρῳ εἰς ἀκάτιον μικρὸν ἐμβᾶσα τοῖς βασιλείοις προσέσχε, καὶ εἰς στρωματόδεσμον ἐνδῦσα προτείνει μακρὰν ἑαυτήν, ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος ἱμάντι συνδήσας τὸ στρωματόδεσμον εἰσκομίζει διὰ θυρῶν πρὸς τὸν Καίσαρα. καὶ διὰ τοῦτο τὸ τέχνημα λαμυρᾶς φανείσης, καὶ τῆς ἄλλης ὁμιλίας καὶ χάριτος αὐτῆς ἡττηθείς, διήλλαξε πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὡς συμβασιλεύσουσαν.

Ἑστιωμένων δ' ἐπὶ ταῖς διαλλαγαῖς, ἐπιβουλὴν φωράσας ὁ C Καῖσαρ τυρευομένην ὑπ' Ἀχιλλᾶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ Ποθεινοῦ τοῦ εὐνούχου, τὸν μὲν Ποθεινὸν ἀνεῖλεν, Ἀχιλλᾶς δὲ φυγὼν εἰς τὸ στρατόπεδον βαρὺν αὐτῷ περιέστησε πόλεμον. ὅτε πῦρ ἐμβαλόντος Καίσαρος τῷ στόλῳ καὶ ἡ μεγάλη βιβλιοθήκη ἐμπέπρηστο. μάχης δὲ συνεστώσης κατεπήδησε μὲν ἀπὸ τοῦ χώματος εἰς ἀκάτιον, ἐπιπλεόντων δὲ πολλαχόθεν αὐτῷ τῶν Αἰγυπτίων ῥίψας

3 ἀπεκτάνθη] huc usque ex Plutarchi Pompeio excerpta. 9 μικρὸν om C. 17 τυρευομένην ABC, τηρευομένην PW. 20 Καίσαρος add AB.

Caesaris ultionem evasit, clam ex Aegypto elapsus et in humili fortuna degens invisus omnibus, sed post a M. Bruto Caesaris percussore in Asia comprehensus et omni suppliciorum genere excruciatus interiit. quotquot autem Pompeii amici ab Aegypti tyranno capti fuerant, eos omnes Caesar beneficiis sibi adiunxit.

Ibi quoque bellum Caesar gessit, Cleopatra ex regione clam arcessita, quae a Pothino eunucho et regno et urbe iam eiecta erat. quae cum, solo Apollodoro Siculo comite, parva cymba conscensa ad regiam appulisset, et involuta stragulo, quam longa erat, et colligata ab eodem per fores ad Caesarem perlata esset, tum illius commenti sollertiam admiratus, tum suavitate morum et lepore eius captus, eam ut regni esset particeps cum fratre reconciliavit.

Cum autem in convivio propter reconciliationem eam instituto ab Achilla duce exercitus et Pothino eunucho insidias sibi parari animadvertisset, Pothinum interfecit: Achillas vero fuga elapsus grave bellum ei intulit. quo tempore cum Caesar ignem classi iniecisset, magna quoque illa bibliotheca conflagravit. commisso praelio ab aggere in lembum desiluit; sed cum ab Aegyptiis navibus undique cingeretur, mari se

ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν ἀπενήξατο μόλις. ὅτε λέγεται καὶ βιβλίδια κρατῶν πολλὰ μὴ προέσθαι νηχόμενος, ἀλλ' ἀνέχειν αὐτὰ ὑπὲρ τῆς θαλάσσης τῇ ἑτέρᾳ χειρί, καὶ ταῦτα βαλλόμενος. τέλος δέ, τοῦ βασιλέως πρὸς τοὺς πολεμίους ἀπυχωρήσαντος, ἐπελθὼν καὶ συνάψας μάχην ἐνίκησε, πολλῶν πεσόντων καὶ τοῦ βασιλέως ἀφανοῦς γενομένου. D

Καταλιπὼν δὲ τὴν Κλεοπάτραν βασιλεύουσαν Αἰγύπτου καὶ μικρὸν ὕστερον ἐξ αὐτοῦ τεκοῦσαν υἱόν, ὃν Ἀλεξανδρεῖς Καισαρίωνα προσηγόρευον, ὥρμησεν ἐπὶ Συρίαν. καὶ Φαρνάκῃ τῷ Μιθριδάτου παιδὶ πολεμήσας αὐτὸν μὲν τοῦ Πόντου ἐξέβαλε, τὴν δὲ στρατιὰν ἄρδην ἀνεῖλε. καὶ τῆς μάχης ταύτης τὸ τάχος καὶ τὴν ὀξύτητα δηλῶν εἰς Ῥώμην ἔγραψε τρεῖς λέξεις "ἦλθον εἶδον ἐνίκησα." ἐντεῦθεν εἰς Ἰταλίαν ἀπελθὼν εἰς Ῥώμην ἀνέβαινε, τοῦ μὲν ἐνιαυτοῦ καταστρέφοντος εἰς ὃν ᾑρητο δικτάτωρ τὸ δεύτερον, οὐδέποτε πρότερον τῆς ἀρχῆς ταύτης γενομένης ἐνιαυσίου· εἰς δὲ τὸ ἐπιὸν ἔτος ὕπατος ἀνεδείχθη. P I 489

Τῶν δὲ περὶ Κάτωνα καὶ Σκιπίωνα μετὰ τὴν ἐν Φαρσάλῳ μάχην εἰς Λιβύην φυγόντων καὶ δυνάμεις ἠθροικότων ἀξιολόγους, ἐπ' αὐτοὺς ὁ Καῖσαρ ἐστράτευσε· καὶ μικρῷ μέρει μιᾶς ἡμέρας W II 131
τριῶν στρατοπέδων ἐκράτησε, καὶ πεντακισμυρίους τῶν πολεμίων ἀνῃρηκὼς οὐδὲ πεντήκοντα τῶν ἰδίων ἀπέβαλε. τῶν δὲ πεφευγό-

2 βιβλία B: Plutarchus βιβλίδια. 3 ὑπὲρ A Plutarchus, ὑπὸ PW. 5 μάχην AB Plutarchus, πόλεμον PW. 8 καισαρίωνα AC Plutarchus, Καισαρείωνα PW. 9 προσηγόρευον A, προσηγόρευσαν Plutarchus, ἐκάλουν PW. ἐπὶ Συρίας Plutarchus. 12 εἰς Ῥώμην A Plutarchus, τοῖς ἐν Ῥώμῃ PW. 21 πεφευγότων AB, πεφευγόντων PW.

commisit et aegre enatavit. fertur autem libellos multos manu inter natandum in sublime elatos non abiecisse, quanquam telis peteretur. tandem, cum rex ad hostes abiisset, reversus, commisso praelio vicit, multis caesis ipsoque rege desiderato.

Mox Cleopatrae Aegypti regno relicto (quae non multo post filium ei peperit ab Aegyptiis Caesarionem vocatum) in Syriam contendit. et Pharnace Mithridatis filio Ponto eiecto, eius vero exercitu prorsus deleto, ut belli confecti celeritatem demonstraret, tria verba Romam scripsit "veni vidi vici." inde in Italiam profectus Romam adscendit sub anni exitum quo secundum dictator creatus fuerat, cum ea potestas antea nunquam annua fuisset. in sequentem annum consul est declaratus.

Cum autem Cato et Scipio post Pharsalicam cladem in Africa iustas copias coegissent, Caesar contra eos profectus exigua unius diei parte tres exercitus superavit, et quinquaginta milibus hostium occisis, suorum non quinquaginta amisit. viri consulares et praetorii qui e pugna

των ἐκ τῆς μάχης ὑπατικῶν καὶ στρατηγικῶν ἀνδρῶν οἱ μὲν ἑαυτοὺς διέφθειραν ἁλισκόμενοι, συχνοὺς δὲ Καῖσαρ ἔκτεινεν ἁλόντας. Κάτωνος δὲ ἑαυτὸν διεργασαμένου δῆλος ἦν δηχθείς· οὗ
B *δ' ἕνεκα λελύπητο ἄδηλον· εἶπε δ' οὖν "ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τοῦ θανάτου· καὶ γὰρ σύ μοι τῆς σωτηρίας ἐφθόνησας." ἀλλὰ* 5
γὰρ ἐπανελθὼν εἰς Ῥώμην ἀπὸ Λιβύης θριάμβους κατήγαγε καὶ θέας ἐτέλεσε ναυμάχων καὶ μονομάχων ἀνδρῶν. τιμήσεων δὲ γενομένων ἀντὶ τῶν προτέρων δυεῖν καὶ τριάκοντα μυριάδων αἱ πᾶσαι πεντεκαίδεκα περισωθεῖσαι εὑρέθησαν· τηλικαύτην φθορὰν τοῦ δήμου ὁ ἐμφύλιος εἰργάσατο πόλεμος. 10

Εἶτα ὕπατος τὸ τέταρτον αἱρεθεὶς εἰς Ἰβηρίαν ἐστράτευσεν
C *ἐπὶ τοὺς Πομπηΐου υἱούς, νέους μὲν ὄντας ἔτι, τόλμαν δ' ἐπιδεικνυμένους ἀξιόχρεων πρὸς ἡγεμονίαν. ὅτε καὶ εἰς κίνδυνον περιέστη ὁ Καῖσαρ, ὡς βοᾶν διὰ τῶν τάξεων περιθέων τῶν ἑαυτοῦ, εἰ μὴ αἰδοῦνται λαβόντας αὐτὸν ἐγχειρίσαι τοῖς παιδαρίοις.* 15
πρὸς δὲ τοὺς φίλους μετὰ τὴν μάχην εἶπεν ὡς πολλάκις μὲν ἀγωνίσαιτο περὶ νίκης, νῦν δὲ πρῶτον περὶ ψυχῆς. νικήσαντος δὲ Καίσαρος ὁ μὲν νεώτερος τῶν Πομπηΐου παίδων διέδρα, ἀνηνέχθη δ' αὐτῷ μεθ' ἡμέρας τοῦ πρεσβυτέρου ἡ κεφαλή. τοῦτον ἔσχατον Καῖσαρ ἐπολέμησε πόλεμον. 20

11. *Ἐπανελθὼν δ' εἰς Ῥώμην δικτάτωρ διὰ βίου ἐψήφι-*

2 *ἔκτεινεν ἁλόντας* A Plutarchus, *ἁλόντας ἀπέκτεινε* PW. 3 *οὗ δ'* ABCW, *οὐδ'* P. 4 *σοι* om sola P. 7 *ἐτέλεσε* AC, *ἐτέλεναε* PW. 8 *δυοῖν* A. 14 *ὁ καῖσαρ* add A. 15 *λαθόντας* C. 18 *παίδων* A Plutarchus, *υἱῶν* PW. *διέδρα* AB, *ἀπέδρα* PW. *ἀνηνέχθη* A cum Plutarcho, *ἠνέχθη* PW. 21 *δὲ* B.

FONTES. *Cap.* 11. *Plutarchi Caesar, c.* 57—66. ***addita sunt pauca de nomine Caesaris.***

evaserant cum caperentur, partim ipsi necem sibi consciverunt, partim captos Caesar suppliciis affecit. Catonis necem, qui sibi ipse manus attulerat, palam aegre tulit: cur autem, incertum est. illud quidem dixit "invideo tibi mortem istam, Cato: nam et tu mihi salutem invidisti." ex Africa Romam reversus triumphavit, et spectacula navalis pugnae et gladiatorum edidit. cum census ageretur, centum quinquaginta milia civium de trecentis viginti milibus quae ante censa fuerant sunt inventa: tantam populi stragem bellum civile attulerat.

Deinde quartum consul factus in Hispaniam abiit contra Pompeii filios, adolescentes quidem illos adhuc, sed audacia principatu digna praeditos. ubi in tantum periculum Caesar venit, ut per aciem discurrens clamitaret, an milites non puderet se captum pueris in manus tradere. post pugnam autem amicis dixit, se de victoria saepe, tum vero primum de vita certasse. Caesare victore iunior Pompeii filius fuga est elapsus: post dies aliquot natu maioris caput Caesari allatum.

11. Extremo hoc bello gesto Romam reversus Caesar dictator

στο, ὃ τυραννὶς ἐτύγχανεν ἄντικρυς, τῷ ἀνυπευθύνῳ τῆς μοναρχίας προσλαβοῦσα τὸ ἀδιάδοχον. οὕτω δὲ καταστὰς εἰς μοναρ- D
χίαν πολλοὺς ἀφῆκε τῶν πεπολεμηκότων αὐτῷ, ἐνίοις δὲ καὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς ἔδωκεν, ὧν ἦσαν καὶ Βροῦτος καὶ Κάσσιος, καὶ τὰς Πομπηΐου δὲ στήλας καταβεβλημένας ἀνέστησεν. ἀξιούντων δὲ τῶν φίλων δορυφορεῖσθαι αὐτὸν παρῄτήσατο "βέλτιόν ἐστιν" εἰπών "ἅπαξ ἀποθανεῖν ἢ ἀεὶ προσδοκᾶν." μειζόνων δ' ἐρῶν πραγμάτων καὶ καινοτέρας δόξης, γνώμην ἔσχε στρατεύειν ἐπὶ Πάρθους καὶ δι' Ὑρκανίας εἰς τὴν Σκυθικὴν ἐμβαλεῖν.

Μῖσος μέντοι τοῖς ἀνθρώποις κατ' αὐτοῦ καὶ ἕτερα ἐνεποίησαν, τὸ δέ γε μεῖζον ὁ τῆς βασιλείας ἔρως εἰργάσατο, δι' P I 490
ὃν οἱ περὶ αὐτὸν καὶ λόγον εἰς τὸν δῆμον ἐνέσπειραν, ὡς ἐκ γραμμάτων Σιβυλλείων φαίνοιτο μὴ ἄλλως ἔσεσθαι τὰ Πάρθων Ῥωμαίοις ἁλώσιμα, εἰ μὴ βασιλεὺς αὐτοῖς συστρατεύσοιτο. καὶ ἐκ τῆς Ἄλβης δὲ πρὸς τὴν Ῥώμην ἰόντα τὸν Καίσαρα ἐτόλμησάν τινες προσειπεῖν βασιλέα. τοῦ δὲ δήμου θορυβηθέντος ἐκεῖνος οὐ βασιλεὺς ἀλλὰ Καῖσαρ ἔφη καλεῖσθαι.

Ἐλέγετο δὲ Καῖσαρ, ὥς τινες οἴονται, οἷα δὴ τύχα τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ τίκτειν θανούσης, καὶ αὐτοῦ δι' ἀνατομῆς προαχθέντος εἰς φῶς. οὐκ ἀληθὲς δὲ τοῦτό ἐστι· τὴν γὰρ μητέρα αὐτοῦ ζῆν οἱ περὶ αὐτοῦ γεγράφασιν ἱστορήσαντες καὶ αὐτοῦ ἀν- B

7 εἰπών om C. 12 εἰς AB, πρὸς PW. 15 δὲ om A. 18 Ἐλέγετο δε — p. 332 v. 3 ἐκείνου ἀπόγονοι Plutarchi verbis addita sunt. 21 γεγράφασιν ἱστορήσαντες] συγγεγραφότες ἱστόρησαν A.

perpetuus est creatus: quae manifesta tyrannis fuit, praeter monarchiae summam potestatem successore quoque carens. solus rerum potitus multos qui arma contra tulerant absolvit, nonnullis magistratus et honores dedit: quorum e numero fuerunt Brutus et Cassius. Pompeii statuas deiectas restituit. monitus ab amicis ut satellites ad custodiam corporis adhiberet, recusavit: melius enim esse mortem semel oppetere quam perpetuo formidare. in maiorum rerum studio et novae gloriae appetitione, in animo habuit Parthis inferre bellum, et per Hyrcaniam in Scythiam facere impressionem.

Odium populi Romani cum aliis de causis tum ob regni amorem vel maxime suscepit. unde familiares eius rumorem in vulgus sparserunt, Sibyllinis libris contineri, Parthos non nisi rege duce a Romanis posse vinci. et Alba Romam proficiscens a quibusdam rex appellatus, cum ea re populum perturbatum vidisset, se non regem sed Caesarem esse dixit.

Caesaris autem nomen, ut quidam opinantur, habuit, quod matre mortua ex utero caesus esset. quod falsum est: matrem enim ad viri-

δρωθέντος. τὸ δ' ἐξ ἀνατομῆς παρελθεῖν εἰς τὸν βίον οὐκ ἐπ' αὐτῷ γέγονεν, ἀλλ' ἐπί τινι τῶν προγόνων αὐτοῦ, καὶ ἐξ ἐκείνου τὴν κλῆσιν ἔσχον οἱ ἐκείνου ἀπόγονοι.

Προσιόντων δέ ποτε τῶν ὑπάτων αὐτῷ καὶ τῶν στρατηγῶν καὶ τῆς βουλῆς ἁπάσης ἑπομένης, ὅτι μὴ ἐξανέστη καθήμενος οὐ μόνον ἐλύπησε τὴν βουλὴν ἀλλὰ καὶ τὸν δῆμον, ὡς ἐν τῇ βουλῇ προπηλακιζομένης τῆς πόλεως, καὶ μετὰ κατηφείας οἱ πλείους ἀπῆλθον εὐθύς. ἐπιγίνεται δὲ τοῖς προσκρούσμασι τούτοις καὶ ὁ τῶν δημάρχων προπηλακισμός. ἐτελεῖτο μὲν γὰρ τῇ πόλει ἑορτή, Καῖσαρ
C δ' ἐπὶ δίφρου χρυσέου καθήμενος κόσμῳ κατεκοσμεῖτο θριαμβικῷ· 10
W II 132 Ἀντώνιος δὲ ὑπατεύων εἰς ἀγορὰν ἐνέβαλε φέρων διάδημα στεφάνῳ δάφνης περιπεπλεγμένον, καὶ ἐδίδου τῷ Καίσαρι. καὶ γίνεται κρότος οὐ λαμπρὸς ἐκ παρασκευῆς· ἀπωσαμένου δὲ τοῦ Καίσαρος ἅπας ὁ δῆμος ἀνεκρότησε· καὶ τούτου δὶς γεγονότος ἡ πεῖρα ἐξηλέγχετο καὶ ὁ Καῖσαρ ἀνέστη. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀνδριάντες 15
αὐτοῦ διαδήμασιν ὤφθησαν ἀναδεδεμένοι βασιλικοῖς, ἀπέσπασαν ταῦτα οἱ δήμαρχοι, καὶ τοὺς προσειπόντας αὐτὸν βασιλέα ἀπῆγον εἰς δεσμωτήριον. καὶ ὁ δῆμος ἐπὶ τούτοις ἐκρότει καὶ Βρούτους ἐκάλει τοὺς ἄνδρας· Βροῦτος γὰρ ἦν, ὡς ἱστόρηται ἄνωθι, ὁ
καταλύσας Ταρκύνιον καὶ τὸ κράτος εἰς τὸ κοινὸν περιστήσας ἐκ 20
D μοναρχίας. ἐπὶ τούτοις ὁ Καῖσαρ παροξυνθεὶς τὴν μὲν ἀρχὴν τοὺς δημάρχους ἀφείλετο, ἐν δὲ τῷ κατηγορεῖν αὐτῶν, ἅμα καὶ τὸν δῆμον ἐφυβρίζων, πολλάκις Βρούτους ἀπεκάλει τοὺς ἄνδρας.

1 παρελθεῖν εἰς τὸν βίον] εἰς τὸν βίον ἐλθεῖν A. 2 αὐτοῦ προγόνων AB. 5 καθήμενος om B. 17 αὐτὸν βασιλέα] βασιλέα τὸν καίσαρα A.

lem usque aetatem habuisse scribitur. aliquis autem ex maioribus eius eo modo natus cognomentum id in familiam propagavit.

Cum aliquando consulibus et praetoribus ad se accedentibus, toto senatu comitante, non assurrexisset, non senatum tantum sed populum etiam offendit, quasi per senatum totam rem publicam ludibrio haberet; ac plerique statim maesti recesserunt. ad has offensas etiam tribunorum plebis accessit contumelia. nam cum in festo in sella aurea triumphali habitu sederet, Antonius consul in forum irrupit, diadema lauro implexum Caesari offerens. ob eam rem plausus haud sane illustris datus est, a subornatis hominibus: sed cum id Caesar recusasset, totius populi plausum tulit. ita bis populi animos expertus surrexit. ad haec regias fascias statuis eius impositas tribuni plebis detraxerunt, et eos qui regem illum salutarant in carcerem duxerunt, applaudente populo et Brutos eos appellante. ut enim supra est expositum, Brutus pulsis Tarquiniis monarchiae potestatem ad populum transtulit. quibus rebus Caesar irritatus tribunos potestate privavit, et eos graviter increpans, in populi etiam contumeliam, brutos saepe appellavit.

Ἐντεῦθεν πρὸς Μάρκον Βροῦτον τρέπονται οἱ πολλοί, ἐκ Βρούτου τοῦ πάλαι δοκοῦντα τὸ γένος ἔλκειν· καὶ πρὸς μόνον ἐκεῖνον ἢ πρῶτον οἱ μεταβολῆς ἐφιέμενοι ἀποβλέποντες αὐτῷ μὲν οὐκ ἐτόλμων προσομιλεῖν, νύκτωρ δὲ γράμματα περὶ τὸ βῆμα καὶ τὸν δίφρον ἐρρίπτουν ἐφ' οὗ στρατηγῶν ἐχρημάτιζε, λέγοντα "καθεύδεις ὦ Βροῦτε" καὶ "οὐκ εἶ Βροῦτος." καὶ Κάσσιος δὲ παρώξυνεν αὐτόν.

Καὶ τῷ Καίσαρι δὲ πολλὰ λέγεται σημεῖα γενέσθαι δηλοῦντα τὸν ὄλεθρον, ὧν ἓν καὶ τοῦτο ἐστί. παριαύων τῇ γυναικὶ φωνὰς ἀσαφεῖς καὶ στεναγμοὺς ἀνάρθρους ἐκείνην ἀναπέμπουσαν P I 491
ἤσθετο· ἐδόκει δὲ κλαίειν ἐκεῖνον ἐπὶ ταῖς ἀγκάλαις ἔχουσα κατεσφαγμένον. ἢ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐδεῖτο τοῦ ἀνδρὸς μὴ προελθεῖν εἰς τὴν σύγκλητον. ὡς δὲ καὶ θύσαντες οἱ μάντεις δυσιερεῖν ἔλεγον, ἔγνω πέμψας Ἀντώνιον ἀφεῖναι τὴν σύγκλητον. Βροῦτος μέντοι Ἀλβῖνος, πιστευόμενος μὲν ὑπὸ Καίσαρος, τοῖς δὲ περὶ Μάρκον Βροῦτον καὶ Κάσσιον μετέχων τῆς συνωμοσίας, τούς τε μάντεις ἐχλεύαζε καὶ καθήπτετο Καίσαρος ὡς διαβολὰς ἑαυτῷ προστρίβοντος καταφρονήσεως πρὸς τὴν σύγκλητον. ἧκειν γὰρ αὐτὴν ἐκείνου κελεύσαντος, καὶ πάντας ἑτοίμους εἶναι ψηφίζεσθαι B
ὥστε τῶν ἐκτὸς Ἰταλίας ἐπαρχιῶν ἀναγορεύεσθαι βασιλέα καὶ τὴν ἄλλην ἐπιόντα γῆν τε καὶ θάλασσαν ἑαυτῷ περιτιθέναι διάδημα. ταῦθ' ἅμα λέγων ὁ Βροῦτος ἦγε τὸν Καίσαρα λαβόμενος τῆς

4 περὶ τὸ βῆμα om C. 9 παριαύων ABCW, περιαύων P. "περιαύων mss" DUCANGIUS.

Ex eo populus ad M. Brutum spectavit, qui a vetere Bruto genus ducere putabatur; ab eoque solo vel primo pendebant qui mutationem desiderabant. quia vero ipsum alloqui non audebant, noctu litteras circa tribunal et sellam in qua praetor ius dicebat spargebant, in quibus scriptum erat "Brute, dormis" et "non es Brutus." incitabatur idem etiam a Cassio.

Caesari futura caedes pluribus prodigiis denuntiata esse fertur: e quibus etiam illud est, uxorem accubantem voces obscuras et confusas edere animadvertit. ea vero sibi lamentari visa erat, et eum occisum in ulnis tenere; et mane oravit ne in senatum veniret. cum etiam augures sacra parum auspicata fuisse dicerent, abstinere curia statuit et per Antonium senatum dimittere. sed Brutus Albinus, cui Caesar fidem habebat, coniurationis cum M. Bruto et Cassio particeps, et augures deridebat, et Caesarem reprehendebat, ut qui crimen contempti senatus in se admitteret: qui iam aderat eius iussu. paratos etiam esse omnes decernere ut omnium extra Italiam provinciarum rex appellaretur, utque, cum nationes exteras peragraret aut mare traiiceret, diadema gestaret. haec dicens Brutus Caesarem manu prehensum ducebat. ab-

χειρός. οἰκέτης δέ τις ἀλλότριος ἐντυχεῖν αὐτῷ προθυμούμενος ἀπιόντι μὴ δυνηθεὶς παρέδωκεν ἑαυτὸν τῇ τοῦ Καίσαρος γυναικὶ φυλάττειν, εἰπὼν ἔχειν μεγάλα πράγματα ἐπανιόντι καταγγεῖλαι τῷ Καίσαρι. σοφιστὴς δέ τις Ἀρτεμίδωρος Κνίδιος βιβλίον περὶ τῆς συνομοσίας γράψας καὶ ἐγγίσας αὐτῷ "τοῦτο" ἔφη "Καῖσαρ μόνος καὶ ταχέως ἀνάγνωθι· μεγάλα γάρ σοι καταγγελεῖ καί σοι
C *διαφέροντα." ὁ δεξάμενος ἐκεῖνος ὥρμησε μὲν ἀναγνῶναι, μὴ μέντοι δυνηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων, κατεῖχε τῇ χειρί, καὶ παρῆλθεν οὕτω πρὸς τὴν σύγκλητον. ἡ δὲ ὑπεξανέστη. τῶν δὲ περὶ Βροῦτον οἱ μὲν ἐξόπισθεν τοῦ δίφρου αὐτοῦ περιέστησαν, οἱ δὲ ἀπήντησαν ὡς περί τινος φυγάδος δεόμενοι. τὸν δὲ Ἀντώνιον πιστὸν ὄντα Καίσαρι καὶ ῥωμαλέον ἔξω παρακατεῖχε Βροῦτος Ἀλβῖνος. ὡς δὲ καθίσας ὁ Καῖσαρ διεκρούετο τὰς δεήσεις, ξίφει παρὰ τοῦ Κάσκα πρώτου πλήττεται τὸν αὐχένα, πληγὴν οὐ θανατηφόρον. ὡς δὲ καὶ τῶν συνωμοτῶν ἕκαστος τὸ ξίφος ἐγ-*
D *μύνωσε, λέγεται πρὸς μὲν τοὺς λοιποὺς ἀπομάχεσθαι ἐνειλούμενος καὶ κεκραγώς, ὅτε δὲ καὶ Βροῦτον εἶδεν ἐσπασμένον τὸ ξίφος, ἐφελκύσασθαι κατὰ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον μηκέτι ἀπομαχόμενος.*
W II 133 *εἴκοσι μέντοι καὶ τρία λαβὼν τραύματα, ἀνδριάντος ὄντος ἐκεῖ Πομπηΐου, περὶ τὴν βάσιν εὑρέθη κείμενος καὶ καθαιμάξας αὐτόν, ὡς δοκεῖν αὐτὸν ἐφεστάναι τῷ φόνῳ τοῦ πολεμίου Πομπήϊον.*

3 *μεγάλα*] *μάλα* B. *καταγγεῖλαι* ABC, *ἀπαγγεῖλαι* PW: Plutarchus *κατειπεῖν*. 4 *Κνίδιος* om A. *βιβλίδιον* A. 5 *ἐγγράψας* A. 13 *ἀλβίνιος* A. 21 *τῷ φόνῳ* om C.

euntem servus alienus eius alloquendi cupidus cum convenire non posset, se uxori eius custodiendum tradidit, quod magnas res haberet reverso Caesari nuntiandas. Artemidorus item rhetor Gnidius libellum de coniuratione a se scriptum ei porrexit, et "hunc" inquit, "Caesar, solus et celeriter legito: res enim magnas tibi declarabit, quaeque tua intersunt." libellum acceptum Caesar lecturus, cum a salutantibus impediretur, manu tenuit, itaque in senatum venit. qui cum ei assurrexisset, Bruti coniurati partim a tergo sellam eius circumsteterunt, partim ad eum accesserunt tanquam exsuli cuidam veniam petituri. Antonium vero Caesari fidelem et robustum Brutus Albinus foris tenuit. ubi consedit Caesar, et intercessiones reiecit, primus Casca iugulum ei ferit ictu non letifero. ut autem omnes coniurati pugiones strinxerunt, contra caeteros se defendisse fertur veste convoluta et vociferans, sed cum a Bruto etiam stricto ense peti se vidisset, toga capite obvoluto non amplius restitisse. ita tribus et viginti vulneribus confossus ad basim statuae Pompeii concidit, eamque cruentavit, ut ipse Pompeius caedi inimici adstare videretur.

12. *Ὁ μὲν οὖν Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ οὕτως ὑπὸ φιλοτιμίας καὶ φιλαρχίας ἀπώλετο. οἱ γὰρ θωπεύοντες αὐτὸν τὸ φιλόπρωτον αὐτοῦ καὶ φιλόδοξον κατανοοῦντες οὐκ ἐπαύοντο ἄλλα ἐπ' ἄλλοις αὐτῷ ψηφιζόμενοι. ἦσαν δὲ τοιαῦτα ἃ ἐψηφίζοντο, τὴν* P I 492
ἐπινίκιον στολὴν ἀεὶ φορεῖν, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀρχικοῦ δίφρου καθέζεσθαι, τοῖς τε ῥαβδούχοις δαφνηφοροῦσιν ἀεὶ κεχρῆσθαι, πατέρα τε αὐτὸν τῆς πατρίδος ἐπονομάζεσθαι, καὶ ἐς τὸ νόμισμα ἐγχαράττεσθαι, δημοσίᾳ τε ἑορτάζειν αὐτοῦ τὰ γενέθλια, ἐν τοῖς ναοῖς τε τῆς Ῥώμης καὶ ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ἀνδριάντας αὐτοῦ ἵστασθαι. ἐπὶ δέ γε τοῦ βήματος δύο αὐτοῦ ἀνδριάντας ἱδρύσαντο, τὸν μὲν ὡς τοὺς πολίτας σεσωκότος, τὸν δ' ὡς ἐκ πολιορκίας ῥυσαμένου τὴν πόλιν· ἐστεφάνωντο δὲ καὶ ἄμφω στεφάνοις B
τοῖς ἐπὶ τοιούτοις νενομισμένοις. βουλευτήριόν τε καινὸν οἰκοδομηθῆναι ἐπέταξαν, ἵν' Ἰουλιανὸν ἐπὶ τῷ αὐτοῦ κληθείη ὀνόματι. τιμητήν τε καὶ διὰ βίου καὶ μόνον αὐτὸν ἐψηφίσαντο εἶναι, ἔχειν δὲ καὶ τὰ τῶν δημάρχων προνόμια· καὶ εἴ τις αὐτὸν ἔργῳ ἢ λόγῳ ὑβρίσειεν, ἱερὸν εἶναι ἐθέσπισαν καὶ τῷ ἄγει ἐνέχεσθαι. τί δὲ τὸ ἱερὸν εἶναι νενόμιστο, ἤδη μοι προσαφήγηται. χαίροντα δὲ τούτοις ὁρῶντες αὐτόν, ἐπίχρυσόν τε δίφρον αὐτῷ ἔδοσαν καὶ στολὴν ἥπερ οἱ βασιλεῖς πάλαι ἐκέχρηντο καὶ φρουρὰν ἐκ τῶν ἱππέων καὶ ἐκ τῶν βουλευτῶν, εὔχεσθαί τε δημοσίᾳ ὑπὲρ αὐτοῦ

4 *ἃ ἐψηφίζοντο*] *τὰ ψηφιζόμενα* A. 7 *ἐπονομάζεσθαι* A cum Dione, *ὀνομάζεσθαι* PW. 8 *ἐν*] *καὶ* A. 16 *λόγῳ ἢ ἔργῳ* B. 18 *προσαφήγηται*] T. 2 p. 56 v. 12. 20 *ἥπερ οἱ βασιλεῖς πάλαι ἐκέχρηντο* A, *ἢ ποτε οἱ βασιλεῖς ἐκέχρηντο* Dio, *ἢ πάλαι ἐχρῶντο οἱ βασιλεύοντες* C, *ἢ πάλαι ἐχρῶντο οἱ βασιλεύσαντες* PW.

Fontes. *Cap.* 12. *Dionis Hist. Rom. lib.* 44 *c.* 3—7 *et* 20—53.

12. Sic Caesar ex ambitione et appetitione principatus interiit. adulatores enim eius ambitioni et gloriolae studio inservientes alios atque alios ei honores decernere non destiterunt. qui huiusmodi fuerunt: ut triumphalem vestem perpetuo ferret et in sella curuli sederet, ut fascibus laureatis perpetuo uteretur et pater patriae appellaretur, ut eius imago in nummis exsculperetur et natalis publice celebraretur, ut in Romanis fanis et omnibus urbibus eius statuae collocarentur. pro eius autem tribunali duas statuas collocarunt, alteram ob cives servatos, alteram ob urbem obsidione liberatam, corona civica et obsidionali ornatas. et novam curiam aedificari iusserunt, quae Iulia de ipsius nomine diceretur. censoremque eum solum et perpetuum crearunt: privilegia tribunorum ei dederunt: si a quoquam dicto factove offensus esset, ut caput eius sacrum esset ac piaculo obligatum. quid autem sacrum esse significet, iam est a me expositum. iam quia talibus eum rebus gaudere cernebant, auratam ei sellam concesserunt et vestem qua olim reges usi fuerant et custodiam ex equestri et senatorio ordine, utque publice pro eo supplicationes fierent et per eius genium iuraretur et acta eius omnia

καὶ τὴν τύχην αὐτοῦ ὀμνύναι καὶ τὰ πραχθησόμενα παρ' αὐτοῦ
C πάντα κύρια τυγχάνειν ἐνομοθέτησαν, Δία τε αὐτὸν Ἰούλιον προσηγόρευσαν, καὶ ἄλλα πλείονα (ἵνα μὴ τὸ καθ' ἕκαστον ἀπαριθμοῦντες τὸν ἀκροατὴν ἀποκναίωμεν) αὐτῷ ἐψηφίσαντο. ἐξ ὧν ἐπίφθονος ἔδοξεν ἢ μᾶλλον νεμεσητός, καὶ καθ' ἑαυτοῦ πολλοὺς διηρέθισε, μέχρις ἂν εἰς τὸ ἐπελθὸν αὐτῷ κατηντήκει τέλος.

Καὶ ὁ μὲν οὕτω σφαγεὶς ἔκειτο, οἱ δὲ ἐκεῖ παρόντες ἅπαντες ἐταράττοντο, τὴν τῶν σφαγέων ἀγνοοῦντες διάνοιαν, καὶ ὡς αὐτίκα κινδυνεύσοντες ἔφευγον, καὶ τοὺς συναντῶντας ἐξέπλησσον,
D καὶ θρήνων τὴν πόλιν ἐπλήρουν. καὶ ἡ μὲν πόλις οὕτω διέκειτο, οἱ δὲ σφαγεῖς δεδιότες μή τις σφίσιν ἐπίθηται, γυμνοῖς καὶ ἠμαγμένοις τοῖς ξίφεσι διὰ τῆς ἀγορᾶς διελθόντες ἀνέδραμον εἰς τὸ Καπιτώλιον, ἐκεῖ τε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα διήγαγον. ὁ δὲ Λέπιδος ἐν τῷ στρατοπέδῳ μαθὼν τὰ γεγενημένα, νυκτὸς σὺν τοῖς στρατιώταις κατέλαβε, καὶ κατὰ τῶν σφαγέων ἐδημηγόρει. Ἀντώνιος δὲ τοῦ Καίσαρος ἀναιρεθέντος φοβηθεὶς ἐκρύβη· τὸν δὲ Λέπιδον ἐλθόντα μαθὼν καὶ τοὺς φονεῖς εἰς τὸ Καπιτώλιον ὄντας, θαρρήσας ἐξῆλθε, καὶ τὴν γερουσίαν ἀθροίσας ὡμίλει αὐτῇ, καὶ γνώμας εἰσῆγε πρὸς τὰ γενόμενα. ὁ δὲ Κικέρων δημηγορή-

2 πάντα add A Dio. διά τε PW. post αὐτὸν A add τὸν μῆνα, quod excidisse Wolfius suspicatus erat. sed Dio καὶ τέλος Δία τε αὐτὸν ἄντικρυς Ἰούλιον προσηγόρευσαν, καὶ ναὸν αὐτῷ τῇ τ' ἐπιεικείᾳ αὐτοῦ τεμενισθῆναι ἔγνωσαν, ἱερέα σφίσι τὸν Ἀντώνιον ὥσπερ τινὰ διάλιον προχειρισάμενοι. idem Dio, sed non eo loco quem Zonaras hic exscripsit, τόν τε μῆνα ἐν ᾧ ἐγεγέννητο Ἰούλιον, κἀκ τῶν φυλῶν μίαν τὴν κλήρῳ λαχοῦσαν Ἰουλίαν ἐπεκάλεσαν. 3 μὴ AB, om C, δὲ PW addito μὴ post ἀκροατὴν. 8 post παρόντες PW add ἄνθρωποι, om AC. 16 κατέλαβε] τὴν ἀγορὰν κατέλαβε Dio.

rata essent sanxerunt, et Iovem Iulium appellaverunt. haec et alia plura, ne singulis commemorandis lectorem obtundamus, ei decreverunt. quibus rebus invidiam hominum vel potius iram deorum suscepit, multosque in se provocavit, donec eum exitum, quo repente concidit, est sortitus.

Cum ita interfectus iaceret, omnes qui ibi aderant turbati et consilii percussorum ignari, quasi et ipsi periculo proximi, fugerunt et terrendis obviis urbem luctu impleverunt. civitate sic affecta percussores vim timentes strictis et cruentis gladiis per forum in Capitolium accurrerunt, ibique diem et noctem exegerunt. at Lepidus eo facinore in castris audito, urbe cum militibus occupata, pro contione in percussores est invectus. Antonius autem prae metu latitans, cum, illius adventu cognito et percussorum fuga in Capitolium, resumpta fiducia prodiisset, et senatu convocato sententias rogaret, Cicero omnibus auctor fuit ut

σας ἔπεισε πάντας μὴ μνησικακεῖν ἀλλήλοις, ἀλλὰ κἄν τισιν ἡμάρτηταί τι, παρόψεσθαι τοῦτο, ἵνα μὴ ἐμφύλιος αὖθις γένη- P I 493
ται πόλεμος καὶ τῶν πολιτῶν ὄλεθρος ὑπ' ἀλλήλων ὀλλυμένων, ὁμονοῆσαι δὲ ὁμοφύλους ὄντας καὶ συγγενεῖς. καὶ προσέθετο δεῖν καὶ τὰ παρὰ τοῦ Καίσαρος πραχθέντα, εἴ τε ἐν δωρειαῖς ἢ τιμαῖς εἶεν ἢ ἐν ἀρχαῖς, φυλάξαι, καὶ μή τι τούτων πολυπραγμονῆσαι ἢ ἀνατρέψαι. πεισθέντες οὖν αὐτῷ μηδενὶ μνησικακεῖν ἐψηφίσαντο. καὶ οἱ σφαγεῖς δὲ τοῖς στρατιώταις ὁμιλοῦντες ἐκ τοῦ Καπιτωλίου μηδὲν τῶν τῷ Καίσαρι πραχθέντων ἀκυρῶσαι ὑπέσχοντο, μήτ' ἀφαιρήσεσθαί τινα μηδὲν τῶν ἑκάστῳ δεδομένων· καὶ οὕτως ἐς καταλλαγὰς ἦκον. οὐ πρότερον δὲ οἱ ἐν τῷ W II 134
Καπιτωλίῳ κατέβησαν ἢ τόν τε τοῦ Λεπίδου παῖδα καὶ τὸν τοῦ Ἀντωνίου ὁμήρους λαβεῖν. B

Μετὰ ταῦτα τῆς διαθήκης τοῦ Καίσαρος ἀναγνωσθείσης μαθὼν ὁ δῆμος ὅτι υἱὸν πεποίηται τὸν Ὀκτάβιον, καὶ ὅτι τῇ τε πόλει δωρεὰς καὶ ἑκάστῳ δραχμάς, ὡς μὲν Ὀκτάβιος γράφει, τριάκοντα, ὡς δ' ἕτεροι, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα καταλέλοιπεν, ἐταράχθησαν. καὶ ὁ Ἀντώνιος τὸν νεκρὸν εἰς τὴν ἀγορὰν προθέμενος ᾐματωμένον καὶ λόγον ἐπὶ τῷ κειμένῳ εἰπὼν τὸ πλῆθος παρώξυνε πρὸς ὀργήν. εἶπε γὰρ πολλὰ μὲν πρὸς ἔπαινον τοῦ ἀνδρὸς καὶ πρὸς ἔλεον τοῦ πάθους τοὺς ἀκροατὰς ἐρεθίζοντα, εἶτα καὶ τὰ ψηφισθέντα αὐτῷ καταλέξας ὀνόματα ἐπήγαγεν "ἀλλ' οὗτος ὁ πατήρ, οὗτος ὁ ἀρχιερεὺς ὁ ἄσυλος ὁ ἥρως ὁ θεὸς τέθνη- C

2 αὖθις] καὶ αὖθις A. 15 πεποίηκε A. 17 ὡς δ' ἕτερος γράφει πέντε καὶ ὀγδοήκοντα B. 20 μὲν post εἶπε AC. 21 τοῦ πάθους om A.

mutuis odiis abolitis utrinque, si quid peccatum esset, condonarent, ne civile bellum recrudesceret et cives a civibus interirent: consentirent potius, ut populares et cives deceret. adiecit etiam, acta Caesaris, sive ad donationes sive ad honores sive ad magistratus pertinerent, rata esse oportere nec exagitanda curiosius aut rescindenda. his rationibus adducti omnium iniuriarum oblivionem decreverunt. percussores vero de Capitolio verba facientes militibus promiserunt se nulla Caesaris acta rescissuros neque cuiquam quicquam ab illo datum erepturos. seditione hoc modo composita non prius e Capitolio descenderunt, quam filium Lepidi et Antonii obsides accepissent.

Deinde cum lecto Caesaris testamento populus cognovisset Octavium ab eo adoptatum esse, et rei publicae munera, et viritim vel tricenas, ut Octavius, vel octogenas quinas, ut alii tradunt, drachmas relictas, turbatus est. cum autem Antonius, cadavere eius adhuc cruento in foro proposito, orationem ad defuncti laudes et ad caedis commiserationem pertinentem habuisset, multitudo concitata est. deinde recitatis honoribus qui ei decreti fuerant, subiecit "sed pater, pontifex, sacro-

κεν, οἴμοι, οὐ νόσῳ βιασθεὶς οὐδὲ γήρᾳ μαρανθεὶς οὐδὲ ἔξω που ἐν πολέμῳ τρωθεὶς οὐδὲ ἐκ δαιμονίου τινὸς αὐτομάτως ἁρπαχθείς, ἀλλ' ἐνταῦθα τοῦ τείχους ἐντὸς ἐπιβουλευθεὶς ὃ καὶ εἰς Βρεττανίαν ἀσφαλῶς στρατεύσας, ἐν τῇ πόλει ἐνεδρευθεὶς ὁ τὸ πωμήριον αὐτῆς ἐπαυξήσας, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατασφαγεὶς ἄοπλος ὁ εὐπόλεμος, γυμνὸς ὁ εἰρηνυποιός, πρὸς τοῖς δικαστηρίοις ὁ δικαστής, πρὸς ταῖς ἀρχαῖς ὁ ἄρχων, ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὃν μηδεὶς τῶν πολεμίων μηδ' εἰς τὴν θάλασσαν ἐκπεσόντα κτεῖναι δεδύνητο, ὑπὸ τῶν ἑταίρων ὁ πολλάκις αὐτοὺς ἐλεήσας. ποῦ δῆτά
D *σοι; Καῖσαρ, ἡ φιλανθρωπία, ποῦ δ' ἡ ἀσυλία, ποῦ δ' οἱ νόμοι; ἀλλὰ σὺ μὲν ὅπως μηδ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τις φονεύηται πολλὰ ἐνομοθέτησας, σὲ δὲ οὕτως οἰκτρῶς ἀπέκτειναν οἱ φίλοι· καὶ νῦν ἐν τῇ ἀγορᾷ πρόκεισαι ἐσφαγμένος, δι' ἧς πολλάκις ἐπόμπευσας ἐστεφανωμένος· καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος ἔρριψαι κατατετρωμένος, ἀφ' οὗ πολλάκις ἐδημηγόρησας. οἴμοι πολιῶν ἡματωμένων· ὡς στολῆς ἐσπαραγμένης, ἣν ἐπὶ τούτῳ μόνον, ὡς ἔοικεν, ἔλαβες, ἵνα ἐν ταύτῃ σφαγῇς."*

Ἐπὶ τούτοις ὁ δῆμος ἐξοργισθεὶς τοὺς μὲν σφαγεῖς ἐζήτει, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἁρπάσαντες ἐν τῇ ἀγορᾷ ἔκαυσαν, καὶ
P 1 494 *ἐπὶ τὰς τῶν φονέων οἰκίας ὥρμησαν, καὶ Ἕλβιον Κίνναν δημαρχοῦντα διεχείρισαντο, πλανηθέντες τῇ ὁμωνυμίᾳ· οὐ γὰρ οὗτος τῷ Καίσαρι ἐπεβούλευσεν, ὁ στρατηγὸς δὲ Κίννας Κορνήλιος.*

2 ἁρπαχθείς A, ἁρπασθείς PW. 3 ὁ om A. ἐς C. 5 post κατασφαγεὶς Dio add ὁ καὶ ἴδιον ἄλλο κατασκευάσας. 13 δι' ἧς — 14 ἐστεφανωμένος om B.

sanctus, heros, deus obiit (hei mihi) non morbo non senio exstinctus, non foris in bello vulneratus nec fortuito aliquo casu raptus: sed hic intra moenia per insidias periit qui citra periculum in Britanniam penetravit, in urbe per dolum occubuit qui urbis pomoerium promovit, intra curiam est trucidatus inermis vir bellicosus, nudus pacificator, ad tribunalia iudex, apud magistratus magistratu praeditus, a civibus quem nemo hostium vel in mari natantem occidere potuit, a familiaribus qui saepe eorum misertus fuit. quorsum tibi, Caesar, humanitas, quorsum sacrosancta auctoritas, quorsum leges? tu quidem accurate providisti ne quis ab inimicis caederetur, te vero crudeliter amici occiderunt, et nunc iugulatus iaces in eo foro in quo saepe coronatus triumphasti, in suggestu iaces vulneribus confectus, unde multas contiones habuisti. heu canos sanguine concretos, heu vestem laceratam, quam eo scilicet induisti ut in ea iugulareris."

His verbis populus commotus percussores quaeritavit, raptum cadaver Caesaris in foro cremavit, ad aedes percussorum tetendit, et Helvium Cinnam tribunum plebis per errorem nominis occidit: neque enim is Caesari fecerat insidias, sed Cornelius Cinna praetor. quo in loco

βωμὸν δὲ ἔνθα κατέκαυσαν τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἤγειρε τὸ πλῆθος, ἵν' ἐπ' αὐτοῦ θύοιεν ὡς θεῷ τῷ Καίσαρι. οἱ δ' ὕπατοι αὐτὸν ἀνέτρεψαν, καὶ νόμον εἰσήνεγκαν μηδένα αὖθις γενέσθαι δικτάτορα, θάνατον θέντες τὸ ἐπιτίμιον εἴ τις εἰσηγήσεται τοῦτο καὶ εἴ τίς που δέξεται. Ἀντώνιος δὲ τότε πολλὰ ἐναυθεντῶν διεπράξατο, ἀρχάς τε διδοὺς καὶ χώραν καὶ ἐλευθερίαν καὶ ἀτέλειαν, καὶ φυγάδας κατάγων, ὡς τῆς δυναστείας τοῦ Καίσαρος τάχα διάδοχος, καὶ πολλὰ ἐκ τούτων ἠργυρολόγησε χρήματα. B

13. Ὀκτάβιος δὲ Γάϊος, ὃς καὶ Πίας ὠνόμαστο, ἀδελφῆς τοῦ Καίσαρος ἦν υἱὸς συνοικούσης Ὀκταβίῳ τῷ ἐκ Βελιτρῶν τῶν Οὐολουσκίδων, ἐτράφη δὲ παρὰ τῇ μητρὶ καταλειφθεὶς ὀρφανός. αὐξηθεὶς δὲ διῆγε παρὰ τῷ Καίσαρι ἄπαιδι ὄντι. διὸ καὶ ἔστεργε τὸν ἀδελφιδοῦν καὶ μεγάλας εἶχεν ἐπ' αὐτῷ τὰς ἐλπίδας. ἥ τε γὰρ μήτηρ αὐτοῦ Ἀττία ἐγκυμονοῦσα αὐτὸν ἔδοξε κατ' ὄναρ τὰ σπλάγχνα αὐτῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρεσθαι καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἐκτετάσθαι τὴν γῆν, καὶ ὁ ἐκείνης ἀνὴρ κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα ἐδόκει ὁρᾶν ἥλιον ἐκ τῆς νηδύος αὐτῆς ἀνατέλλοντα. ἄρτι δὲ τοῦ W II 135
παιδὸς τεχθέντος, Νιγίδιος Φίκουλος βουλευτής, διαγινώσκειν C
τὰς τῶν ἀστέρων κινήσεις ἄριστα πιστευόμενος, βραδύτερον εἰς

1 κατέκαυσαν A, κατέκαυσε PW. 6 χώραν A Dio, χώρας PW. 7 καὶ om B. 8 τοῦτον C. 9 "καὶ Πίας] ita alter e Regiis et Colberteus: alter Reg. Πίους, Pius" Ducangius. immo Regii omnes, 1714 1716 1768, cum Colberteo (nunc Regio 1717) καὶ πίας habent. Dio ὁ δὲ δὴ Γάϊος ὁ Ὀκταούϊος Καιπίας· οὕτω γὰρ ὁ τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸς ὠνομάζετο. 11 οὐολισκίδων CW: "Οὐολουσκίδων mss Reg. et Colbert." Ducangius. 18 φίβουλος ABC et aliquot Dionis codices pro Φίγουλος. "duo Regii et Colberteus Φίβουλος" Ducangius. 19 πιστευόμενος] παιδευόμενος C.

Fontes. ***Cap.* 13.** ***Dionis Hist. Rom. lib.* 45 *c.* 1—11.**

Caesar crematus est, plebs aram erexit, in qua illi ut deo sacrificaret. sed eam consules everterunt, lege lata ne quis deinceps dictator crearetur: qui autem dictaturam vel decrevisset vel accepisset, ut capite plecteretur. Antonius tum pro auctoritate multa egit, dandis magistratibus agris libertate immunitate, atque exulibus revocandis, non secus ac si potentatus Caesaris successor esset; iisque rebus magnam pecuniam coegit.

13. C. vero Octavius, qui et Pias, sororis Caesaris filius, nuptae Octavio Veliterno (sunt autem Velitrae Volscorum municipium), pupillus relictus, apud matrem educatus est. cum adolevisset, apud Caesarem egit orbum liberis: qui eum amavit, magna de eo spe concepta. nam Attia mater eius praegnans somniavit, intestina sua ferri ad caelum explicarique per omnem terrarum ambitum. somniavit et pater Octavius eadem nocte, utero Attiae iubar solis exortum. qui cum ob uxoris puerperium serius in curiam venisset, P. Nigidius Figulus senator, qui astro-

[illegible] [illegible] [illegible] [

ἐπεχείρησεν, ἀλλ' ἐκωλύθη ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀντώνιον. ὁ δ' οὐχ ἡσύχασεν, ἀλλὰ τὸν δήμαρχον ὑπελθὼν καὶ παρ' αὐτοῦ ἐς τὸν δῆμον εἰσαχθεὶς ἐδημηγόρησε καὶ τὴν καταλειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος δωρεὰν εὐθὺς ἐκτίσειν ὑπέσχετο, ἄλλων τέ τινων αὐτοῖς ἐλπίδας ὑπέτεινε. καὶ οὕτω τὸν δῆμον ἐφελκυσάμενος, ἐπεί τις ἀστὴρ τότε ἐφάνη ἐξ ἄρκτου πρὸς ἑσπέραν, ὃν οἱ μὲν κομήτην ἔλεγον προσημαίνοντα οἷά που εἴωθεν, οἱ δὲ τῷ Καίσαρι B αὐτὸν ἀνετίθεσαν ὡς ἐς τὸν τῶν ἀστέρων ἀριθμὸν ἐγκατειλεγμένῳ, θαρσήσας ὁ πρώην μὲν Ὀκτάβιος ἤδη δὲ Καῖσαρ κληθείς, μετὰ ταῦτα μέντοι καὶ Αὔγουστος, χάλκεον ἀνδριάντα τοῦ Καίσαρος ἀστέρα φέροντα ὑπὲρ κεφαλῆς εἰς τὸ Ἀφροδίσιον ἔστησεν. ὡς δὲ παρ' οὐδενὸς τοῦτο κεκώλυτο, φόβῳ τοῦ δήμου, καὶ ἄλλα τινὰ εἰς τιμὴν τοῦ Καίσαρος διεπράξατο.

Ἀντώνιος δὲ τὸν νέον Καίσαρα τοῦτον περιύβριζέ τε καὶ ἀδικῶν ἦν. δι' ἃ ποτε θροῦς πρὸς τοῦ πλήθους ἐγένετο, καὶ σφόδρα πάντες σχεδὸν ἠγανάκτησαν. φοβηθεὶς οὖν ὁ Ἀντώνιος εἰς λόγους ἦλθεν αὐτῷ· καὶ ἔδοξαν κατηλλάχθαι, ἀλλ' αὖθις ἐξ C ὑποψίας τινὸς διηνέχθησαν. ὁρῶν οὖν ὁ Ἀντώνιος τὸν Καίσαρα αὐξανόμενον, ἐπεχείρησεν εἰς ἑαυτὸν τὸν ὅμιλον ἐπισπάσασθαι, τινὰ αὐτοῖς χαριζόμενος. ἠδύνατο γὰρ αὐτὸς ὑπατεύων, θατέρου τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ δημαρχοῦντος, τοῦ Λουκίου δηλαδή, τοῦ δέ γε λοιποῦ τοῦ Γαΐου στρατηγοῦντος. τὰ δέ γε τῆς πόλεως ἐν ἀκαταστασίᾳ ἦσαν. ἐδόκει δὲ ὁ Ἀντώνιος, ἅτε καὶ ὑπατεύων,

3 ἐδημηγόρησέ τε καὶ A. et aliquot Dionis codices. 6 τότε] ἐκ τούτου A. ἐξεφάνη B 22 γε om AB. 23 καὶ add A Dio.

ambiit, futuri tumultus praenuntius. tribunatum, quamvis ab Antonio prohiberetur, ambire non destitit, sed tribuno conciliato sibi in forum perductus pro contione promisit se legata patris testamento relicta statim soluturum, et aliorum emolumentorum plebi spem fecit. cuius studia cum sibi adiunxisset, exorta stella quae a septentrione versus occasum tendebat, quam alii cometam dicebant ea portendentem quae solet id genus impressionum, alii Caesari dedicabant in stellarum numerum recepto scilicet, non dubitavit pridem Octavius, tum Caesar, post etiam Augustus, aeneam statuam Caesaris cum stella supra caput in aede Veneris dedicare. quod cum populi metu nemo prohiberet, etiam alia in Caesaris honorem fecit.

Antonius vero, qui eum contumeliis et iniuriis agitabat, plebe aegre ferente ac paene omnibus indignantibus, sibi metuens cum eo collocutus est. et cum reconciliati viderentur, ex suspicione quadam inimicitiae recruduerunt. et quia Caesaris opes crescere videbat, multitudinem largitionibus et obsequiis ad se allicere studuit. idque facile consecuturus videbatur, cum ipse consul, frater Lucius tribunus plebis, Gaius vero praetor esset. in tanto rerum motu et Antonii summa pro-

πλεονεκτεῖν. ὁ δὲ Καῖσαρ ὑπὸ τοῦ πλήθους μάλιστα ἐσπουδάζετο, καὶ διὰ τὸν πατέρα καὶ διὰ τὰς ὑποσχέσεις ἃς ἐποιεῖτο, τὸ δὲ μεῖζον, ὅτι πολὺ δυναμένῳ τῷ Ἀντωνίῳ ἤχθοντο καὶ ταπεινῶσαι
D αὐτὸν ἐβούλοντο.

WII 136 14. Ἀντωνίου δὲ εἰς τὸ Βρεντέσιον ἀπελθόντος πρὸς τοὺς ἐκ Μακεδονίας περαιωθέντας στρατιώτας, ὁ Καῖσαρ ἐκεῖ μὲν φίλους μετὰ χρημάτων, ἵνα σφᾶς σφετερίσωνται, προαπέστειλεν, αὐτὸς δὲ μέχρι Καμπανίας ἐλθὼν πλῆθος συνέλεξεν ἐκ διαφόρων χωρῶν, τῷ πατρὶ τιμωρεῖν λέγων, χρήματα τὰ μὲν διδοὺς τὰ δὲ ὑπισχνούμενος, καὶ σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη πρὶν ἐπανελθεῖν τὸν Ἀντώνιον, καὶ τῷ δήμῳ ὁμιλήσας ἐπαίνων ἔτυχε, καὶ αὖθις ἀπεδήμησε δύναμιν ἀθροίσων. Ἀντώνιον δὲ οἱ στρα-
P I 496 τιῶται ἐν Βρεντεσίῳ φιλοφρόνως ἐδέξαντο· εἶτα πικρῶς αὐτοῖς προσφερομένου, ὡς καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτεῖναι, ἐνεωτέρισαν, καὶ συχνοὶ μετέστησαν πρὸς τὸν Καίσαρα.

Ἀντώνιος δὲ ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς τὴν Γαλατίαν ἐξώρμησε, φοβηθεὶς μὴ αὐτή τι νεοχμώσῃ· καὶ ὁ Καῖσαρ δ' ἐπηκολούθησεν. ἦρχε δὲ τότε τῆς Γαλατίας ὁ Βροῦτος ὁ Δέκιμος, εἷς ὢν τῶν συνομοσάντων κατὰ τοῦ Καίσαρος· καὶ ὃς μίσει τῷ πρὸς Ἀντώνιον οὐχ ὑπεῖξεν αὐτῷ. τοῦτο μαθὼν ὁ Καῖσαρ τὸν Βροῦτον προσηταιρίσατο· οὔπω γὰρ ἑώρα καιρὸν τοῦ τιμωρήσασθαι τοὺς φονεῖς τοῦ πατρός. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ ἡ σύγκλητος ἐβουλεύετο

5 δ' ἐς B, δὲ πρὸς C. 12 δὲ om C. οἱ στρατιῶται ἐν βρεντεσίῳ AB Dio, ἐν Βρεντεσίῳ οἱ στρατιῶται PW. 18 δέκιος A et Dio vulgo. ὢν add AB. 19 συνωμοσάντων BC.

Fontes. *Cap.* 14. *Dionis Historiae Romanae lib.* 45 *c.* 12 — *lib.* 46 *c.* 37.

pter consulatum potentia, populus tamen Caesari maxime studuit, cum propter patris memoriam tum ob ipsius pollicitationes, sed ob illud in primis, ut Antonium, cuius vires aegre ferebant, premerent.

14. Antonio Brundusium ad legiones Macedonicas profecto, Caesar amicis eo cum pecunia praemissis in Campaniam progressus exercitum ex diversis provinciis coegit, patris necem ulturus, pecunia partim numerata partim promissa; cum eoque ante reditum Antonii propere in urbem reversus, oratione ad populum habita laudatus est; atque iterum ad delectus habendos abiit. Antonium vero milites benigne Brundusii acceperunt. deinde cum ab eo nonnullis interfectis crudeliter tractarentur, tumultuati sunt, ac multi ad Caesarem defecerunt.

Antonius vero in Gallias properavit, veritus ne rebus novis studerent: eumque Caesar secutus D. Brutum, coniurationis contra Caesarem participem, qui ei provinciae praeerat, Antonii inimicum, sibi conciliat: nam tempus vindicandi patris nondum adesse cernebat. Romae

θορυβουμένη διὰ τὸν πόλεμον. καὶ πολλοὶ μὲν γνώμας ἄλλας καὶ ἄλλας εἰσήνεγκαν, Κικέρων δὲ πολέμιον δεῖν εἶπε ψηφίσασθαι τὸν Ἀντώνιον, τὸν Καίσαρα μέντοι καὶ τὸν Βροῦτον τὸν Δέκιμον αὐτῷ ἐναντιουμένους ἐπαινέσαι ἐφ' οἷς ἰδιογνωμονήσαντες πεποιήκασι, καὶ ἐπικουρῆσαι αὐτοῖς καὶ ἐξουσίαν νεῖμαι πρὸς τὸ μέλλον, καὶ τοὺς ὑπάτους ἄμφω πρὸς τὸν πόλεμον πεπομφέναι καὶ πολεμῆσαι αὐτῷ μηδὲ διατρίβειν καὶ μέλλειν. ταῦτα τοῦ Κικέρωνος συμβουλεύσαντος ὁ Καληνὸς ὁ Κύϊντος ἐναντιούμενος αὐτῷ συνεβούλευε πέμψαι πρὸς ἅπαντας τὴν βουλὴν κελεύουσαν ὁμοίως αὐτοῖς καταθέσθαι τὰ ὅπλα καὶ ἐπ' αὐτῇ καὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς στρατιώτας ποιήσασθαι, καὶ πεισθέντας μὲν ἐπαινέσαι, εἰ δ' ἀπειθήσουσι πολεμῆσαι, τὸν πόλεμον δὲ τοῖς ὑπάτοις πιστεύσασθαι. ὁ μὲν οὖν εἶπε ταῦτα, οἱ πράττοντες δὲ τὰ τοῦ Καίσαρος ἐπεκράτησαν. καί τινες πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐκ τῆς βουλῆς ἀπεστάλησαν κελευούσης αὐτῷ τά τε στρατόπεδα καὶ τὴν Γαλατίαν ἀφεῖναι καὶ ἀπελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, τοῖς αὐτῷ τε συστρατευομένοις προσταττούσης οἴκαδε ἀναχωρῆσαι ῥητῆς ἡμέρας ἐντός, ἢ γινώσκειν ὡς ἐν μοίρᾳ πολεμίων αὐτοῖς λογισθήσονται. πρὸ δὲ τοῦ τὴν γνώμην τοῦ Ἀντωνίου μαθεῖν τὸν πρὸς αὐτὸν πόλεμον τοῖς ὑπάτοις καὶ τῷ Καίσαρι, ἀρχὴν αὐτῷ στρατηγοῦ δόντες, ἐμπεπιστεύκασι. B C

Ταῦτα μαθὼν ὁ Ἀντώνιος τοὺς μὲν πρὸς αὐτὸν σταλέντας ἐξωνείδισεν, ἀντιστείλας δ' ἑτέρους τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου δι' D

4 δέκιον ABC. ἐπαινέσαι] καὶ ἐπαινέσαι A. 6 ἄμφω AB, ἅμα C, ἅμα ἄμφω PW.

senatu deliberante et propter bellum territo alii alias sententias dixerunt: Cicero autem Antonium hostem iudicandum, et Caesarem ac D. Brutum, privata auctoritate cum illo bellum gerentes, laudandos et adiuvandos esse censuit, data etiam in posterum auctoritate; et ambos consules sine ulla cunctatione ad bellum ei inferendum mittendos. Q. Calenus contra, legatos ad omnes mittendos esse, qui eos armis positis semetipsos et legiones auctoritati senatus permittere iuberent. quod si auscultassent, laudandos esse: sin minus, bellum consulibus contra eos mandandum. verum Caesariana factione praevalente, quidam ex senatu ad Antonium missi, qui eum, exercitibus et Galliis omissis, in Macedoniam ire, eius item milites intra statum diem domum redire iuberent; alioqui hostium loco habendos esse. et priusquam nosset animum Antonii senatus, bellum contra eum consulibus, Caesari potestatem imperatoris mandavit.

His rebus Antonius cognitis, legatis senatus contumeliose tractatis, per suos legatos causam quae bello praetexebatur in ipsos decreti

ὧν προετείνετο εἰς τοὺς κατ' αὐτοῦ ψηφισαμένους ἀντιπερίστα. οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ πολέμιον αὖθις τὸν Ἀντώνιον ἐψηφίσαντο καὶ τοὺς αὐτῷ συστρατευομένους εἰ μὴ αὐτὸν καταλίποιεν, ἑτέραν ἡμέραν εἰς τοῦτο αὐτοῖς ὁρισάμενοι. ὁ δὲ ἐπολιόρκει τὸν Δέκιμον ἐν τῇ Μουτίνῃ, οὐ μέντοι λόγου τι κατώρθωσεν ἄξιον. ὁ Δέκιμος δὲ πρῶτον μὲν ἰσχυρῶς ἠμύνετο τὸν Ἀντώνιον, ἔπειτα παντελῶς ἀπετειχίσθη. δείσας οὖν ὁ Καῖσαρ μὴ ἡ ἁλώη ἢ ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ἐνδοίη, σύν γε τῷ Ἱρτίῳ ἐπεστράτευσε πρὸς Μουτίνην. τὸν δὲ πρὸς αὐτῇ ποταμὸν περαιωθῆναι οὐκ ἠδυνήθησαν διὰ τὴν ἐν αὐτῷ φρουράν· σπεύδοντες δὲ τὴν ἑαυτῶν παρουσίαν
P I 497 τῷ Δεκίμῳ γνωρίσαι, ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων δένδρων ἐφρυκτώρουν. ὡς δ' οὐ συνίει, μολίβδου λεπτὸν ἄγαν ποιήσαντες ἔλασμα ἔγραψαν ἐν αὐτῷ, καὶ ὡς χάρτην τοῦτο ἑλίξαντες κολυμβητῇ διενεγκεῖν ἔδωκαν· καὶ οὕτως ὁ Δέκιμος τὴν παρουσίαν αὐτῶν
W II 137 μαθὼν ἀντεπέστειλε σφίσι τὸν αὐτὸν τρόπον.

Ὁ οὖν Ἀντώνιος ὁρῶν οὐκ ἐνδιδόντα τὸν Δέκιμον, ἐκείνῳ τὸν ἀδελφὸν κατέλιπε Λούκιον, αὐτὸς δ' ἐπὶ τὸν Καίσαρα καὶ τὸν Ἵρτιον ὥρμησε. καὶ πρότερον μὲν ἰσοπαλεῖς ἐγίνοντο μάχαι, ὑπερέσχε δ' ὕστερον ὁ Ἀντώνιος. καὶ τὸν Ἰούνιον αἰσθόμενος πλησιάζοντα, ἀπῆρε λαθὼν νυκτὸς ἐπ' αὐτόν, καὶ ἐνεδρεύσας αὐτόν τε κατέτρωσε καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς πλείους ἀπέκτεινε, τοὺς δέ γε λοιποὺς εἰς τὰ ταφρεύματα κατέκλεισε· καὶ πρὸς τὸν

7 ἢ primum om B. 19 et seq. Ἰούνιον] Οὐϊούϊον Dio: Vibium Pansam consulem. 22 εἰς τὰ ταφρεύματα κατέκλεισε A Dio, κατέκλεισεν εἰς τὸ τάφρευμα PW. πρὸς] πρός τε A.

auctores retorsit. quamobrem denuo et ipse hostis iudicatus est, et milites, ni illum reliquissent, alio die praefinito. ille vero Mutinae Decimum obsidens nihil gessit memorabile. Decimus vero primum egregie se defendit: deinde, cum operibus undique cinctus esset, veritus Caesar ne caperetur aut penuria commeatus deditionem faceret, cum Hirtio exercitum versus Mutinam duxit. sed cum amnem praeterfluentem propter custodias traiicere non possent, et de sua praesentia eum certiorem factum cuperent, ex altissimis arboribus ei signa dederunt, flamma elata. quae cum non intelligeret, laminae plumbi tenuissimi quid vellent inscripserunt, eamque chartae instar convolutam natatori perferendam dederunt. sic Decimus praesentia eorum cognita eodem illis modo rescripsit.

Antonius cum Decimum nihil cedere videret, Lucio fratre ad obsidionem relicto contra Caesarem et Hirtium est profectus. ac primum aequo Marte certatum est: tandem victor Antonius noctu clam contra Iunium [Vibium], quem appropinquare senserat, ducit, eumque per insidias vulnerat, maximam eius militum partem caedit, reliquos in vallo

Καίσαρα καὶ τοὺς ἄλλους ἐτράπετο. καί οἱ ὁ Ἵρτιος κἀκ τῆς B
πορείας καὶ τῆς μάχης πεπονηκότι ἀνελπίστως ἀπαντήσας πολὺ
ἐκράτησε. (15) τὴν δ' ἧττταν τοῦ Ἀντωνίου μαθοῦσα ἡ βουλὴ
αὐτοκράτορας τόν τε Ἵρτιον καὶ τὸν Ἰούνιον καὶ τὸν Καίσαρα
ὠνόμασαν, καίτοι τοῦ μὲν Ἰουνίου κακῶς ἀπαλλάξαντος, Καίσα-
ρος δὲ μηδὲ μαχεσαμένου· ἐπὶ γὰρ τῇ τοῦ στρατοπέδου κατέμεινε
φυλακῇ, τοῦ Ἵρτίου κατὰ τοῦ Ἀντωνίου ὁρμήσαντος.

Οὕτω μὲν οὖν ὁ Ἀντώνιος ἥττητο· καὶ Τίτος δὲ Μουνάτιος
Πλάγκος, τῶν Ἀντωνίου ὢν καὶ Ποντίῳ Ἀκύλᾳ τῷ Δεκίμῳ ὑπο-
στρατηγοῦντι προσπολεμῶν, ἐνικήθη. κἀντεῦθεν οἵ τε τοῦ Ἀν- C
τωνίου στρατιῶται οὐχ ὡς πρώην διέκειντο πρὸς αὐτόν, καί τινες
τῶν αὐτῷ προσκειμένων δήμων πρότερον ἐστασίαζον. ὁ δὲ τέως
μὲν κατεπέπληκτο καὶ ἡσύχαζεν, ὡς δέ τις ἐκ τοῦ Λεπίδου δύνα-
μις αὐτῷ παρεγένετο, ἀνεθάρσησεν καὶ αἰφνιδίαν ἐπεκδρομὴν
ἐποιήσατο· φόνου δὲ ἐξ ἀμφοῖν τῶν στρατευμάτων γενομένου
πολλοῦ τραπεὶς ἔφυγεν. ἡ δὲ γερουσία τὰ πραχθέντα μαθοῦσα,
τῇ μὲν ἥττῃ τοῦ Ἀντωνίου ἔχαιρε, τοὺς δὲ αὐτῷ συνεξετασθέν-
τας πολεμίους πάντας ἀπέφηνε, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν καὶ τὴν
ἐκείνου ἀφείλετο. τὸν δὲ Καίσαρα οὔτε τινὸς μεγάλου ἠξίωσαν
καὶ καταλύειν προσεπεχείρησαν, πάντα ὅσα ἐκεῖνος ἤλπιζε λήψε-
σθαι τῷ Δεκίμῳ δόντες. ἵνα δὲ μὴ δυνηθῇ τι δρᾶσαι κακόν, D
τοὺς ἐχθροὺς αὐτῷ ἐς ἀρχὰς ἐψηφίσαντο, τῷ μὲν Πομπηΐῳ

14 ante ἀνεθάρσησεν PW add καὶ, om AB. 17 τοῦ om A.
18 πάντας ἀπέφηνε AB, ἀπέφηνε πάντας PW. 22 αὐτοῦ A.

Fontes. *Cap.* 15. *Dionis Historiae Romanae lib.* 46 *c.* 38 — *c.* 47.

obsidet, et contra Caesarem, Hirtium et caeteros convertitur. verum Hirtius eum et de via et pugna fessum ex improviso aggressus illustri victoria superavit. (15) qua Antonii clade cognita senatus et Hirtium et Iunium [Vibium] et Caesarem imperatores appellavit, quamvis Iunius [Vibius] rem male gessisset, Caesar vero non pugnasset, ab Hirtio ad castrorum custodiam relictus.

Sic Antonius succubuit. sed et T. Munatius Plancus, eiusdem factionis, a Pontio Aquila Decimi legato victus est. Antonius, alienatis a se militum animis et populis quibusdam sibi prius addictis tumultuantibus territus, ad tempus quievit: sed nonnullis a Lepido copiis auctus recepit animum, subitaque eruptione facta et multis utrinque caesis profligatus fugam cepit. itaque senatus illius clade laetus omnes qui cum eo fecerant hostes iudicavit, tam ipsorum quam Antonii bonis publicatis. Caesarem vero nec insigni aliquo honore affecerunt, et premere sunt conati, iis omnibus quae se accepturum sperabat in Decimum collatis. ac ne malefacere posset, magistratus inimicis eius decreverunt, Sexto

Σέξτῳ τὸ ναυτικὸν ἀναθέμενοι, τῷ δὲ Βρούτῳ τῷ Μάρκῳ τὴν Μακεδονίαν, Κασσίῳ δὲ τὴν Συρίαν καὶ τὸν πρὸς Δολοβέλλαν πόλεμον ἐπιτρέψαντες. τοὺς δὲ τοῦ Καίσαρος στρατιώτας συγκρούσειν ἀλλήλοις αὐτοὺς μηχανώμενοι τοὺς μὲν ἐπῄνεσαν καὶ χρήματα καὶ στεφάνους αὐτοῖς παρέσχον ἐξ ἐλαιῶν, τοῖς δ' οὐδὲν ἐψηφίσαντο. ἀλλ' ἐκεῖνοι καὶ οὕτως ὠμονόουν, τοῦ Καίσαρος αὐτοὺς πρὸς τοῦτο ἐνάγοντος. μαθόντες οὖν οἱ ἐν τῇ πόλει ταῦτα, καὶ φοβηθέντες, ὕπατον μὲν αὐτὸν οὐδ' οὕτως ἀπέδειξαν, ἄλλας δέ οἱ τιμὰς ἐψηφίσαντο. ὡς δ' ἐν οὐδενὶ λόγῳ ταύτας ἔσχε,
P I 498 *στρατηγὸν τὸ πρῶτον καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ὕπατον ἐψηφίσαντο.*

Καὶ οἱ μὲν οὕτω τὸν Καίσαρα ἐδόκουν μεταχειρίζεσθαι ὡς παῖδα καὶ ὡς μειράκιον, ἅπερ καὶ διεθρύλλουν· ἐκεῖνος δὲ ἐπί τε τοῖς ἄλλοις καὶ ὅτι παῖς ἦκουε δεινῶς ἀγανακτῶν ἐπὶ τὰ ὅπλα ἐτράπετο, καὶ πρός τε τὸν Ἀντώνιον λάθρα διεκηρυκεύσατο, καὶ τοὺς διαφυγόντας ἐκ τῆς μάχης, οὓς πολεμίους ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο, συνήθροιζε, καὶ κατηγόρει παρ' αὐτοῖς τῆς γερουσίας τε καὶ τοῦ δήμου. ταῦτα δὲ οἱ ἐν τέλει τέως μὲν ἐν ὀλιγωρίᾳ πεποίηντο, ἐπεὶ δὲ συμπεφρονηκότας ἔμαθον τὸν Ἀντώνιον καὶ τὸν
B *Λέπιδον, θεραπεύειν τὸν Καίσαρα ἤρξαντο, καὶ τὸν πρὸς ἐκείνους αὐτῷ ἀνέθεντο πόλεμον, ἀγνοοῦντες τοὺς λόγους οὓς ἐποιήκει πρὸς τὸν Ἀντώνιον. ὁ δὲ τὸν πόλεμον ὑπεδέξατο, ὕπατος δι' αὐτὸν ἀποδειχθῆναι πειρώμενος (πάνυ γὰρ ἦν αὐτῷ ἡ ὑπατεία δι' ἔρωτος), καὶ τὴν μάχην ἀναδεξάμενος ἡτοιμάζετο*

cum ad eius genua provoluta recumbere iussa esset, eum voce tremula et oculis fletu confectis assidentem perinde oravit ac si vitae cupidissima esset, postremo pecuniae descriptionem ei obtulit. Caesar eam vitae cupidam esse ratus, gravisus est: ac se omni spe illam splendidius tractaturum pollicendo decepisse putans, ipse magis est deceptus. cum enim illa cognovisset eum terra per Syriam iturum, ipsam vero post triduum Romam missurum, oravit ut Antonio parentare liceret. quo permisso ad monumentum perlata, magno luctu edito, loculoque coronis et inferiis ornato, balneum sibi parari iussit. dum lota accumbit splendideque prandet, quidam ex agro vas plenum ficubus portans, a custodibus quid ferret rogatus, ostensis ficubus ingredi iussus est. post prandium Cleopatra litteras obsignatas Caesari misit, quibus orabat ut cum Antonio sepeliretur. unde ille statim intellexit quid actum esset, ac rem explorari iussit. qui missi erant, cum propere accurrissent, mortuam eam in aureo lecto regaliter ornatam invenerunt, altera eius ancilla Irade ad pedes illius exspirante, altera Charmonio ex gravedine capitis iam labescente, et diadema Cleopatrae exornante. cui cum quidam dixis-

τινος "καλὰ ταῦτα, Χαρμόνιον", "κάλλιστα μὲν οὖν" ἔφη "καὶ P I 530
πρέποντα τῇ τοσούτων ἀπογόνῳ βασιλέων." καὶ ταῦτα εἰποῦσα
παρὰ τὴν κλίνην ἔπεσε καὶ αὐτή.

Λέγεται δὲ ἀσπίδος δήγματι θανεῖν κόμισθείσης μετὰ τῶν
σύκων. οἱ δ' ἐν ὑδρίᾳ τηρεῖσθαι τὴν ἀσπίδα φασίν, ἠλακάτῃ
δὲ χρυσῇ τῆς Κλεοπάτρας ἐκκαλουμένης αὐτὴν καὶ ἀγριαινούσης
ὁρμήσασαν ἐμφῦναι αὐτῆς τῷ βραχίονι. λέγεται δὲ καὶ φάρμακον
αὐτὴν ἔχειν ἐν κνηστίδι κοίλῃ, καὶ τὴν κνηστίδα κρύπτειν τῇ κόμῃ.
ὁ δὲ Δίων βελόνην αὐτὴν εἶναί φησιν, ᾗ τὰς τρίχας ἀνεῖρεν, ἰῷ
περικεχρισμένην, δύναμιν ἔχοντι, ἂν αἵματος ἅψηται, ὡς τάχι- B
στα καὶ ἀλυπότατα φθείρειν. ἡ μὲν οὖν ἀπώλετο, τὸ δ' ἀληθὲς
οὐκ ἐγνώσθη, ἢ ὅτι περὶ τὸν ἐκείνης βραχίονα δύο νυγμαὶ ὤφθη-
σαν λεπταί τε καὶ ἀμυδραί, οὔτε δὲ φαρμάκου τι σημεῖον περὶ
τὸ σῶμα ἐκείνης ἐξήνθησεν οὔτε τὸ θηρίον εὑρέθη, εἰ μή τινας
συρμοὺς αὐτοῦ παρὰ θάλασσαν, ᾗ τὸ δωμάτιον ἀφεώρα καὶ W II 161
θυρίδες ἦσαν, ἰδεῖν ἔφασκον. εἴκασται δὲ ἐξ ἀσπίδος αὐτὴν
θανεῖν, ὅτι πολλὰ πρώην συνῆγε θανάσιμα φάρμακα, καὶ ταῦτα
τοῖς κατεψηφισμένοις θάνατον προὔβαλλε· καὶ τὰ μὲν ὠκύμορα
κατελάμβανεν, ὀδυνηρὸν δ' ἐπάγοντα θάνατον, τὰ δὲ πραότερα C
μέν, διὰ χρόνου δέ γε κατεργαζόμενα· μόνον δ' εὗρισκε τὸ δῆγμα

1 καὶ πρέποντα om A. 4 τῶν om A. 7 ὁρμήσασαν om B.
9 Δίων] Hist. Rom. 51 14. 12 ἐκείνης om A. 13 οὔτε
ABC, οὐδὲ PW. 19 ἐπαγάγοντα B. 20 χρόνου ABC,
χρόνον PW.

set "pulchra vero ista sunt, Charmonium", illa "pulcherrima" inquit "et decora tot regibus oriundae." his dictis et ipsa iuxta lectum exanimis concidit.

Fertur autem Cleopatra morsu aspidis serpentis periisse, una cum ficubus allatae: alii in hydria asservatam tradunt aspidem, et colu aurea lacessitam et irritatam eius brachium mordicus arripuisse. dicitur et venenum in cultello cavo habuisse, quem capillo occultaverit. Dion autem refert acum qua capillum discriminaret veneno inunctam fuisse: cuius veneni ea vis esset, ut cum sanguinem attigisset, celerrime et minima cum molestia exitium afferret. utcunque sit, illa periit: veritas ignoratur, nisi quod in eius brachio duae vibices tenues et obscurae apparuerunt, in corpore nulla veneni indicia sunt animadversa: neque serpens ipse repertus est, nisi quod nonnulli dixerunt se tractus illius quosdam iuxta mare, quo conclave adspectabat et fenestrae erant, conspexisse. caeterum coniectura fuit eam aspidis morsu periisse, quod multa letalia venena pridem collegerat, eaque damnatis capitis propinebat, quorum alia mortem celerem cum magno cruciatu afferrent, alia mitiora tardiorem. solum autem morsum aspidis observarat veternum

τῆς ἀσπίδος ἄνευ σπασμοῦ κάρον ὑπνώδη ἐφελκόμενον ἱδρῶτι μαλακῷ καὶ τῶν αἰσθητηρίων ἀμαυρώσει ῥᾳδίως ἀπονεκροῦν.

Ἀκούσας δὲ ὁ Καῖσαρ τὴν τελευτὴν αὐτῆς ἐξεπλάγη, καὶ φάρμακα τῷ σώματι καὶ ψύλλους ἐπήνεγκεν. οἱ δὲ ψύλλοι ἄνδρες εἰσί (γυνὴ γὰρ τὴν δύναμιν ταύτην ἔχειν οὐ πέφυκεν), δύνανται δὲ πάντα ἰὸν παντὸς ἑρπετοῦ, πρὶν θανεῖν τὸν δεδηγμένον ἢ τετρωμένον, ἐκμυζᾶν, καὶ αὐτοί τε μὴ βλάπτεσθαι καὶ τὸν πεD φαρμαγμένον θεραπεύειν. φύονται δὲ ἐξ ἀλλήλων, καὶ δοκιμάζουσι τὰ γεννηθέντα ἢ μετὰ ὄφεων ἐμβληθέντα, ἢ καὶ τῶν σπαργάνων αὐτῶν ἐπιβληθέντων ἰοβόλοις τισίν· οὔτε γὰρ τῷ παιδί τι λυμαίνονται, καὶ ὑπὸ τῆς ἐσθῆτος αὐτοῦ ναρκῶσιν.

Ὁ μὲν οὖν Καῖσαρ ἐπὶ τῇ τῆς γυναικὸς τελευτῇ καὶ ἠχθέσθη καὶ τὴν εὐγένειαν αὐτῆς ἐθαύμαζε, καὶ συνταφῆναι τῷ Ἀντωνίῳ ἐκέλευσε πολυτελῶς καὶ βασιλικῶς. ἐντίμου δὲ καὶ αἱ θεράπαιναι ταύτῃς ἔτυχον ἐκείνου προστάξαντος. ἐτελεύτησε δὲ Κλεοπάτρα μὲν τεσσαρακοντοῦτις ἐνὸς δέοντος, τούτων δύο καὶ εἴκοσι βασιλεύσασα, πλείω δὲ τῶν δεκατεσσάρων Ἀντωνίῳ συνάρξασα· Ἀντώνιον δὲ οἱ μὲν ἓξ οἱ δὲ τρισὶν ὑπερβαλεῖν φασι τὰ P I 531 πεντήκοντα. τὸν δὲ τοῦ Ἀντωνίου υἱὸν Ἄντυλον τὸν ἐκ τῆς Φουλβίας καὶ τὸν τῆς Κλεοπάτρας τὸν Καισαρίωνα ὁ Καῖσαρ ἀπέκτεινεν.

10 τι add A Dio. 11 τῆς om C. 12 καὶ add A. 13 εὐγένειαν αὐτῆς A Plutarchus, εὐγένειαν ἐκείνης B, ἐκείνης εὐγένειαν PW. 18 Ἀντώνιον] καὶ ἀντώνιον B. 19 τὸν ἐκ τῆς Φουλβίας] Dio 51 6. 20 ἀπέκτεινεν ὁ καῖσαρ A.

soporiferum cum molli sudore citra convulsionem inducere et sensibus hebetatis leviter exstinguere.

Caesar eius interitu audito obstupuit, et cadaveri remedia et Psyllos adhibuit. Psylli autem viri sunt (nulla enim mulier ea vi praedita est) qui quodvis venenum cuiusvis serpentis, priusquam is qui morsus aut vulneratus est moritur, exsugendo nec ipsi laeduntur et venenis infecto salutem afferunt. propagantur alii ex aliis, et foetus explorant vel in serpentes coniectos, vel eorum fasciis serpentibus iniectis: qui nec puerum laedunt et vestibus illius tecti torpescunt.

Caesar igitur Cleopatrae obitu doluit, generosam eius indolem admiratus, eamque magnifice regaliterque cum Antonio sepeliri iussit. sunt et ancillae iussu illius honorificam sepulturam assecutae. obiit Cleopatra annos undequadraginta nata, e quibus duos et viginti regnavit, amplius quattuordecim cum Antonio imperavit. Antonium vero alii tres alii sex et quinquaginta vixisse annos tradunt. eius ex Fulvia filium Antyllum et Cleopatrae filium Caesarionem Caesar interfecit.

Ἀντώνιος μὲν οὖν καὶ Κλεοπάτρα οὕτως ἀπήλλαξαν· Καῖσαρ δὲ τὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως νεκρὸν εἶδε καὶ προσήψατο αὐτοῦ. τὰ δὲ τῶν Πτολεμαίων σώματα, καίτοι τῶν Ἀλεξανδρέων δεῖξαί οἱ καὶ ταῦτα βουληθέντων, ἰδεῖν οὐκ ἠθέλησεν, εἰπὼν ὅτι "βασιλέα ἀλλ' οὐ νεκροὺς ἰδεῖν ἐπεθύμησα." οὐδὲ τῷ Ἄπιδι ἐντυχεῖν ἐπείσθη, λέγων ὅτι "θεοὺς ἀλλ' οὐχὶ βοῦς προσκυνεῖν εἴθισμαι." τὴν δ' Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε, χρήματά τε πάμπολλα εὗρε καὶ πάντα ἀφείλετο. καὶ τὰ ἐκεῖ ὡς αὐτῷ B ἐδόκει διοικησάμενος εἰς τὴν Ἀσίαν διὰ τῆς Συρίας ἀπῆλθε καὶ ἐκεῖ παρεχείμασεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τότε καὶ πρότερον, ὅτε τὴν ναυμαχίαν ἐνίκησε, πολλὰ ἐς τιμὴν αὐτῷ ἐψηφίσαντο. κατὰ δὲ τὸν τοῦ θέρους καιρὸν ἐς τὴν Ἑλλάδα καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐπεραιώθη. καὶ αὐτοῦ εἰς τὴν πόλιν εἰσελθόντος ἔθυσαν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ὁ ὕπατος ἐβουθύτησεν, ὃ μήπω πρότερον ἐπ' ἄλλῳ ἐγένετο. ἑώρτασε δὲ καὶ ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις τὰ νικητήρια. καὶ ἐπιφανεῖς αἱ πομπαὶ πᾶσαι γεγόνασι· τοσαῦτα γὰρ ἠθροίσθησαν λάφυρα ὥστε πάσαις ἐπαρκέσαι. παρεκομίσθη δὲ καὶ στήλη τῆς C Κλεοπάτρας ἐπὶ κλίνης, ἀσπίδα ἐμπεφυκυῖαν ἔχουσα τῷ βραχίονι, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων καὶ οἱ ἐκείνης παῖδες, ὅ τε Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Ἥλιος, καὶ Κλεοπάτρα ἡ καὶ Σελήνη. ἐφ' ἅπασι δ' ὁ Καῖσαρ ἐσήλασε. καὶ θεωρίαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐγένοντο.

6 προσκυνεῖν] ἰδεῖν A. 8 τε] δὲ A. 12 τὴν alterum om A. 16 πᾶσαι] πᾶσι A. 20 ὁ καὶ A Dio, ὁ PW. 21 δ' ὁ] δὲ καὶ A.

Cleopatra atque Antonio ad hunc modum sublatis Caesar Alexandri regis corpus vidit et attrectavit. Ptolemaeorum etiam Alexandrinis ostendere volentibus recusavit: se enim regem videre cupivisse, non cadavera. neque Apidem adire voluit: quod deos, non boves adorare consuevisset. Aegyptum tributariam fecit, et pecuniam omnem quam ibi maximam repperit secum avexit. rebus in Aegypto suo arbitratu ordinatis per Syriam in Asiam abiit, ibique hibernavit. Romani vero et tum et prius etiam Actiacam victoriam adepto plurimos honores decreverunt. sub aestatem in Graeciam et Italiam traiecit. eo Romam ingresso populus sacrificavit et consul bovem immolavit: quod nulli prius acciderat. triumphum per triduum egit. pompae omnes illustres fuerunt: nam tantum manubiarum adfuit, ut iis omnibus sufficerent. est et Cleopatrae statua in lecto traducta, eius brachio aspide inhaerente. inter alios captivos etiam liberi eius, Alexander qui et Sol, et Cleopatra quae et Luna dicebatur, in triumpho ducti sunt. post omnia Caesar invectus spectacula per multos dies edidit.

32. *Καὶ ὁ Κράσσος ὁ Μάρκος κατὰ τούτους τοὺς χρόνους εἰς τὴν Μακεδονίαν καὶ εἰς τὴν Θράκην καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα πεμφθεὶς πολλοῖς ἐπολέμησεν ἔθνεσι, καὶ τὰ μὲν ἐνίκησε τὰ δὲ προσηγάγετο. τὰ δ' ἔθνη ταῦτα πάλαι μὲν Μυσοί τε καὶ Γέται ἐκέκληντο, πᾶσαν τὴν μεταξὺ τοῦ τε Αἵμου καὶ τοῦ Ἴστρου οὖσαν* D *νεμόμενοι, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τινὲς αὐτῶν καὶ ἄλλοις ὀνόμασιν ἐπεκλήθησαν. καὶ μετὰ ταῦτα πάνθ' ὅσα ὁ ποταμὸς ὁ Σαῦος εἰς τὸν Ἴστρον ἐμβάλλων ὑπὲρ τῆς Δαλματίας καὶ τῆς Μακεδονίας τῆς τε Θράκης ἀπὸ τῆς Παννονίας ἀφορίζει, εἰς τὸ τῆς Μυσίας προκεχώρηκεν ὄνομα. καὶ ἐν αὐτοῖς ἄλλα τε πολλά εἰσιν ἔθνη καὶ οἱ Τριβαλλοὶ προσαγορευθέντες οἵ τε κεκλημένοι* W II 162 *Δαρδάνιοι.*

Ταῦτα μὲν οὖν ἔν τε τῇ βασιλείᾳ καὶ τῇ δημοκρατίᾳ ταῖς τε δυναστείαις πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτακοσίοις ἔτεσιν ἔπραξάν τε Ῥωμαῖοι καὶ ἔπαθον, ἐκ δὲ τούτου μοναρχεῖσθαι αὖθις ἀκριβῶς ἤρξαντο, καίτοι τοῦ Καίσαρος τά τε ὅπλα καταθέσθαι βουλευομένου καὶ τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι τὰ πράγματα. τὴν P I 532 *μέντοι γνώμην τῷ Ἀγρίππᾳ καὶ τῷ Μαικήνᾳ, οἷς ἐπίστευε τὰ ἀπόρρητα, κοινωσάμενος, τὴν μὲν Ἀγρίππου γνώμην ἀποτρέπουσαν αὐτὸν τῆς μοναρχίας εὗρηκεν· ὁ δὲ Μαικήνας τοὐναντίον συνεβούλευεν ἅπαν, εἰπὼν ἤδη τὴν μοναρχίαν ἐπὶ πολὺ διοικῆσαι αὐτόν, καὶ ἀναγκαῖον εἶναι δυεῖν θάτερον, ἢ μεῖναι ἐπὶ τῶν αὐ-*

5 *τὴν* ABC, *γὰρ* PW. 8 *Σαοῦος* Dio. 9 *πανοννίας* B. 14 *τε* prius om P sola. 18 *ἐπίστευε* A, *ἐπίστευσε* PW. 22 *δυοῖν* A.

Fontes. *Cap.* 32. *Dionis Historiae Romanae lib.* 51 *c.* 22 — *lib.* 53 *c.* 18.

32. Sub haec tempora M. Crassus in Macedoniam Thraciam et Graeciam missus et cum multis gentibus bella gerens alias vicit, alias in deditionem accepit. eae gentes olim Moesi et Getae vocabantur, omnem eum tractum qui intra Haemum et Istrum est incolentes: progressu temporis autem quaedam earum aliis nominibus sunt appellatae: deinde omnia ea quae Savus fluvius in Istrum influens supra Dalmatiam Macedoniam et Thraciam a Pannonia disterminat, Moesiae appellationem subierunt. inter eos praeter alias multas gentes sunt Triballi et Dardanii.

Haec igitur Romani sub regibus ac in libera re publica, et a potentibus oppressa annis 725 et gesserunt et pertulerunt: deinceps haud dubie sub unius potestatem reciderunt. nam cum Caesar in animo haberet armis positis imperium senatui populoque restituere, idque consilium Agrippae et Maecenati, quibus arcana sua credebat, aperuisset, Agrippa deponendae potestatis auctor ei fuit, Maecenas contrarium omnino suasit. nam cum longo iam tempore rerum potitus esset, aut potestatem ei retinendam aut ea posita pereundum esse affirmabat:

τῶν ἢ ἀπολέσθαι ταῦτα προείμενον. τοῖς γὰρ ἅπαξ μοναρχήσασιν ἀσφαλῶς ἰδιωτεῦσαι εἶναι ἀδύνατον. ὑπέθετο δὲ καὶ ὅπως ἀσφαλῶς τε καὶ δικαίως ἄρξῃ, πρὸς δὲ καὶ ἀνεπάχθως, πολὺν κατατείνας λόγον περὶ τῆς ὑποθέσεως. καὶ ἐπὶ πᾶσι ταῦτα ἐπήγαγεν "εἰ ὅσα ἕτερόν τινα ἄρξαντά σου ποιεῖν ἐβούλου, ταῦτα αὐτὸς B αὐτεπάγγελτος πράττεις, οὔτε τι ἁμαρτήσεις καὶ πάντα κατορθώσεις, ἥδιστά τε καὶ ἀκινδυνότατα ζήσεις."

Οἱ μὲν οὖν ταῦτα τῷ Καίσαρι συνεβούλευσάν, ὁ δὲ ἄμφω μὲν καὶ ἐθαύμασε καὶ ἐπῄνεσεν, εἵλετο δὲ τοῦ Μαικήνου τὴν συμβουλήν· καὶ οὔτε τὴν μοναρχίαν ἀπέθετο καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος προσειλήφει ἐπίκλησιν, οὐ τὴν ἐπὶ νίκαις κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην τισί (ταύτην γὰρ πολλάκις ἐπεκλήθη), ἀλλὰ τὴν τὸ κράτος σημαίνουσαν τὸ βασίλειον. τῷ δ' ἑξῆς ἔτει ἕκτον ὑπάτευσεν, Ἀγρίππα οἱ συνάρχοντος, ὃν ὑπερβαλλόντως ἐτίμα, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῷ τὴν Ὀκταβίαν συνῴκισε. καὶ τῆς γερουσίας πρό- C κριτος ἐπεκλήθη ὁ Καῖσαρ, ὡς ἐν τῇ ἀκριβεῖ δημοκρατίᾳ νενόμιστο, ἄλλα τε πολλὰ πεποίηκεν εἰς τιμὴν τῆς Ῥώμης καὶ τῶν πολιτῶν, καὶ χρήματα πολλοῖς τῶν βουλευτῶν ἐχαρίσατο λαμπρῶς πενητεύσασι, τά τε παλαιὰ συμβόλαια τῶν εἰς τὸ κοινὸν ὀφειλόντων κατέκαυσε· καὶ ὅσα ἐπὶ Λεπίδου καὶ Ἀντωνίου ἀδίκως ἐγένοντο, δι' ἑνὸς προγράμματος κατέλυσεν ἅπαντα. καὶ ἐπὶ τούτοις ὑμνούμενος, ἵνα μᾶλλον τιμηθείη, καὶ παρ' ἐκόντων τὴν

3 τε add AB. ἄρξει A. 4 καὶ ἐπὶ πᾶσι] ἐπὶ πᾶσι δὲ A. 15 ἀδελφὴν — τὴν Ὀκταβίαν] ἀδελφὴν τὴν ἰδίαν Xiphilinus: Dio ἀδελφιδῆν, Marcellam. 17 πολλὰ om A. εἰς τὴν ῥώμης τιμὴν A. 18 βουλευτῶν] πολιτῶν PW, πολιτῶν βουλευτῶν A: Dio βουλευταῖς τισι.

quod, qui semel imperarint, tuto vitam privatam agere nullo modo possent. longaque oratione monuit, quibus rationibus tuto et iuste atque etiam citra civium molestiam imperare posset, hac addita clausula "si ea quae alio imperante tibi fieri velles, ipse ultro feceris aliis, neque peccabis quicquam et omnia feliciter administrabis et suavissime nulloque cum periculo aetatem deges."

His consiliis auditis, utroque probato et collaudato, Maecenatis sententiam est secutus; et monarchia non deposita cognomentum imperatoris sibi adscivit, non illud quod antiquitus ob victoriam tribui solebat, sed id quo regia potestas significabatur. anno sequenti sextum consul factus, Agrippa collega, quem insigni honore prosequebatur desponsa etiam sorore Octavia, et princeps senatus cognominatus est, ut in liberrima civitate receptum fuerat. in honorem Romae et civium tum alia fecit, tum multos patrum ad egestatem redactos liberaliter donavit, tum veteres tabulas eorum qui in aerarios relati fuerant exussit, tum quae sub Antonio et Lepido per iniuriam acta fuerant uno decreto abolevit omnia. quas ob res cum laudibus in caelum efferretur, maioris etiam

μοναρχίαν λαβεῖν ἐπεθύμησεν, ὡς μὴ δοκοίη ἀκόντων ἄρχειν. καὶ
D τοὺς αὐτῷ μάλιστα ἐπιτηδείους παρασκευάσας εἰς τὴν γερουσίαν
εἰσῆλθεν ἕβδομον ὑπατεύων· καὶ παραιτεῖσθαι λέγων τὴν μοναρ-
χίαν καὶ πάντα ὑπὸ τοῖς ἀρίστοις ποιεῖν, ἐδέετο τούτων δέξασθαι
αὐτοῦ τὴν τῆς μοναρχίας ἀπόθεσιν. οἱ δὲ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν
εἰδότες τὴν γνώμην αὐτοῦ οἱ δ' ὑποπτεύοντες, οἱ μὲν ἐλέγξαι
αὐτὸν οὐκ ἐβούλοντο οἱ δ' ἐδεδοίκεσαν. ὅθεν καὶ πιστεύειν αὐτῷ
οἱ μὲν ἐπλάττοντο οἱ δὲ ἠναγκάζοντο· καὶ ἐβίασαν δῆθεν αὐτὸν
αὐταρχεῖν. καὶ τὴν μὲν ἡγεμονίαν οὕτως παρά τε τῆς γερουσίας
καὶ τοῦ δήμου ἐβεβαιώσατο, καὶ τὴν φροντίδα τῶν κοινῶν πᾶσαν
ὑπεδέξατο. τῶν δ' ἐθνῶν τὰ μὲν ἀσθενέστερα ὡς εἰρηναΐά τε
καὶ ἀπόλεμα ἀπέδωκε τῇ βουλῇ, τὰ δ' ἰσχυρότερα ὡς ἐπικίνδυνα
P I 533 τάχα καὶ σφαλερὰ κατέσχεν αὐτός, δοκήσει μὲν ὅπως ἡ γερουσία
τὰ κάλλιστα τῆς ἀρχῆς καρπῷτο, αὐτῷ δ' οἱ πόνοι ἐπίκεινται,
τῇ δ' ἀληθείᾳ ἵνα ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἄοπλοι καὶ ἄμαχοι ὦσιν, αὐτὸς
δὲ καὶ ὅπλα ἔχῃ καὶ στρατιώτας τρέφῃ. ἵνα δὲ μή τι μοναρχικὸν
δοκοίη φρονεῖν, ἐς δέκα ἔτη τὴν ἀρχὴν τῶν ἀπονεμηθέντων αὐτῷ
κατεδέξατο. τοσούτῳ γὰρ χρόνῳ αὐτὰ καταστήσειν ὑπέσχετο,
λόγῳ ταῦτα ἐπαγγελλόμενος. τῆς γὰρ δεκαετίας περανθείσης
ἕτερα πέντε ἔτη, εἶτ' αὖθις πέντε καὶ μετὰ τοῦτο δέκα καὶ ἕτερα
πάλιν, πεντάκις αὐτῷ ἐψηφίσθη, ὥστε τῇ τῶν δεκαετηρίδων δια-
B δοχῇ διὰ βίου μοναρχῆσαι αὐτόν. κἀντεῦθεν καὶ οἱ μετ' αὐτὸν

10 τῶν κοινῶν πᾶσαν A Dio, πᾶσαν τῶν κοινῶν PW. 12 ἀπέδωκε A Dio, προσένειμε PW. 21 πεντάκις] πέντε W contra codicum auctoritatem. "πεντάκις duo Regii et Colberteus: alter Regius καὶ πεντάκις" DUCANGIUS. 22 μετ' αὐτῶν AC.

honoris desiderio imperium a volentibus accipere desideravit, ac ne invitis imperare videretur, subornatis intimis suis septimum consul in curia deprecatus est imperium, et summa rerum optimatibus demandata eos rogavit ut aequo animo se privatam vitam agere paterentur. at senatores eius sententiam partim scientes partim suspicantes, alii arguere nolebant, alii timebant. cum igitur ei credere alii fingerent, alii necesse haberent, imperium retinere coactus est scilicet. quo ad hunc modum a senatu populoque firmato, omnem rei publicae curam in se suscepit. provincias infirmiores ut pacatas et imbelles attribuit senatui, firmiores ut periculosas et parum tutas ipse retinuit. id eo pertinebat, ut senatus pulcherrimis imperii partibus frui, ipse labores sustinere videretur: cum id eius consilium esset, ut illi inermes et imbelles essent, ipse arma teneret et milites aleret. ac ne quid regium prae se ferret, in provincias sibi attributas imperium ad decennium accepit, quanto tempore se illas pacaturum pollicebatur. sed ea nimirum verba erant: finito enim decennio quinquennium ei decretum est, deinde alterum quinquennium, post decennium, et aliud iterum, quinta vice: ita ut decenniorum successione per omnem aetatem solus rerum potiretur. unde factum est ut impera-

αὐτοκράτορες, καίτοι διὰ βίου ἀποδεικνύμενοι, ὅμως διὰ τῶν W II 163
δέκα ἐτῶν ἀεὶ ἐώρταζον, ὡς αὖθις τότε τὴν ἡγεμονίαν ἀνανεούμενοι.

Πολλὰ δὲ καὶ τότε εἰς τιμὴν ἐψηφίσθη τῷ Καίσαρι, καὶ Αὔγουστος ἐπεκλήθη. ἐφίετο μὲν γὰρ Ῥωμύλος ὀνομασθῆναι, αἰσθόμενος δὲ ὑποπτεύεσθαι ἐκ τούτου τῆς βασιλείας ἐπιθυμεῖν (οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πράγματι μὲν τὰ τῶν βασιλευομένων ὑπέμενον, τῷ δ' ὀνόματι ἤχθοντο) ἀπέσχετο τοῦ Ῥωμύλος ἐπικληθῆναι, καὶ Αὔγουστος καλεῖσθαι ἠθέλησεν, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὑπάρχων. πάντα γὰρ τὰ ἱερώτατα καὶ σεβάσμια αὔγουστα προσαγορεύεται. ἐξ οὗπερ καὶ σεβαστὸν προσεῖπον αὐτόν, ἀπὸ C
τοῦ σεβάζεσθαι, ἐξελληνίζοντές πως, ὥσπερ τινὰ σεπτόν. ἡ δὲ τῶν αὐτοκρατόρων κατοικία παλάτιον ὠνομάσθη, ὅτι ἔν τε τῷ Παλατίῳ λεγομένῳ ὄρει, ἐν ᾧ Φαυστοῦλος ᾤκει ὁ τὸν Ῥωμύλον θρεψάμενος, ὡς ἤδη ἱστόρηται, ὁ Καῖσαρ ᾤκει καὶ ἐκεῖ τὸ στρατήγιον εἶχε. καὶ διὰ τοῦτο κἂν ἄλλοθί που ὁ αὐτοκράτωρ καταλύῃ, τὴν τοῦ παλατίου κλῆσιν ἡ καταγωγὴ αὐτοῦ ἔχει. πᾶσα δὲ ἐξουσία, ἥ τε τοῖς ὑπάτοις τὸ παλαιὸν διδομένη καὶ ἡ τοῖς δημάρχοις καὶ ἡ τοῖς τιμητιῶς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, τοῖς αὐτο-
κράτορσι δέδοται· καὶ προσέτι καὶ λελύσθαι τῶν νόμων ἐδόθη αὐτοῖς, τουτέστιν ἐλευθέρους ἀπὸ πάσης τῶν νόμων ἀνάγκης εἶναι D
καὶ μηδενὶ τούτων ἐνέχεσθαι.

6 ἐκ τούτου om C. 8 Ῥωμύλος ἐπικληθῆναι] ὀνόματος A. 14 ὁ τὸν — 15 ᾤκει add BC: eadem sed omissis ὡς ἤδη ἱστόρηται habent A et Michael Glycas Annalium p. 266 ed. Bonn. breviora sunt apud Dionem. 15 ἱστόρηται] p. 10 v. 10. 19 τοῖς] καὶ τοῖς A. 21 ἀνάγκης τῶν νόμων B.

tores qui illum secuti sunt, cum in omnem aetatem crearentur, tamen decimum quemque annum festum agerent, imperium quasi renovantes.

Tum praeter multos alios honores etiam Augustus est cognominatus. nam cum Romulus dici cuperet, et tamen suspicionem regni concupiti vitaret (Romani enim cum ipsum regnum paterentur, nomen regni adversabantur), ea quidem appellatione abstinuit, Augustum autem se appellari voluit ut humana condicione maiorem. sic enim sanctissima quaeque et summae venerationis dicuntur. imperatorum domicilium palatium vocatur, quod in monte Palatino Caesar, ut et Faustulus Romuli nutricius, sicut supra dictum est, habitabat ibique praetorium habebat. quamobrem etsi imperator alibi diverterit, tamen eius hospitium id nomen obtinet. omnis autem potestas quae consulum, tribunorum plebis, censorum, caeterorum denique omnium olim fuerat, in imperatores est translata: atque illud etiam eis datum ut legibus soluti essent nec ullo praescripto tenerentur.

33. Ὅτε δὲ Αὔγουστος ἐπεκλήθη ὁ Καῖσαρ, σημεῖον οὐ μικρὸν τότε κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην ἐγένετο· ὁ γὰρ Τίβερις πελαγίσας πᾶσαν τὴν πεδιάδα τῆς Ῥώμης κατέλαβεν ὥστε πλεῖσθαι. καὶ οἱ μάντεις ὅτι τε ἐπὶ μέγα αὐξήσει καὶ ὅτι πᾶσαν τὴν πόλιν ὑποχειρίαν ἕξει ἐκ τούτου προεῖπον. ὁ δὲ τά τε ἄλλα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα προθυμότερον ἔπραττεν, ὡς ἐθελόντων ἄρχων, καὶ ἐνομοθέτει. οὐ μέντοι πάντα ἐθελογνωμονῶν ἐνομοθέτει, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ ἐς τὸ δημόσιον προετίθει, ὅπως, ἄν τι μὴ ἀρέσῃ, P I 534 ἐπανορθώσῃ· καὶ προετρέπετο πάντα συμβουλεύειν αὐτῷ εἴ τίς τι ἄμεινον γνοίη αὐτοῦ. καὶ τοὺς ὑπάτους, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, καὶ ἐκ τοῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν, ὥστε δι' αὐτῶν καὶ πᾶσι κοινοῦσθαι τὰ βουλευόμενα. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν. ἔκρινε μὲν γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ βουλή, καὶ πρεσβείαις καὶ κηρυκείαις ἐχρημάτιζεν. ὅ τε δῆμος εἰς τὰς ἀρχαιρεσίας συνελέγετο, οὐ μέντοι ἐπράττετό τι ὃ μὴ ἐκείνῳ ἤρεσκε. καὶ τοὺς ἄρξοντας τοὺς μὲν αὐτὸς προεβάλλετο, τοὺς δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐποιεῖτο, ἐπιμελούμενος ὥστε μήτ' ἀνεπιτήδειοι μήτ' ἐκ B παρακελεύσεως ἢ καὶ ἐκ δεκασμοῦ ἀποδεικνυνται. καὶ ἔθνη τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ τὰ δὲ δι' ἑτέρων τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ ὑπέταξεν.

7 ἰδιογνωμονᾶν Dio. 9 αὐτῷ] αὐτοῦ C. 12 παρελάμβανεν om A. 18 ὥστε — 19 ἀποδεικνυνται: Dio ὅπως — ἀποδεικνύωνται.

Fontes. *Cap.* 33. *Dionis Historiae Romanae lib.* 53 *c.* 20 — *lib.* 54 *c.* 3.

33. Quo die Caesar Augustus cognominatus est, noctu magnum prodigium exstitit. Tiberis enim omnia Romanae urbis plana loca sic inundavit ut navigarentur. quo vates portendi affirmarunt, fore ut urbem amplificaret et totam in potestate sua haberet. is vero cum alia ad imperium pertinentia, ut qui volentibus imperaret, alacrius administravit, tum leges sanxit; nec tamen suapte auctoritate omnes, sed quasdam ad populum tulit, ut quae displicerent, ea corrigeret: hortans omnes ut si quid melius scirent monerent. consules item et e caeteris magistratibus singulos, et e senatorum numero quindecim ad semestre in consilium adhibuit, ut per eos omnibus ea communicaret quae deliberanda essent: interdum etiam ius cum eis dixit. nam senatus etiam per se suffragia ferebat, legatisque et caduceatoribus respondebat. populus quamvis ad comitia conveniret, nihil tamen gerebatur quod illi displiceret. magistratus partim ipse designavit, partim arbitrio populi designandos permisit: in id intentus, ne inepti neve per ambitum et largitiones aliqui crearentur. gentes quasdam per semetipsum, partim per alios Romano imperio subiecit.

Ὁ δὲ τῆς Αἰγύπτου ἄρχων Αἴλιος Γάλλος ἐπὶ Ἀραβίαν τὴν εὐδαίμονα καλουμένην, ἧς Σάβος ἐβασίλευεν, ἐστράτευσε τότε. καὶ οὐδεὶς μὲν ἐνώπιον αὐτοῦ ἔστη τῶν πολεμίων, οὐ μὴν ἀπόνως προὐχώρει. ἥ τε γὰρ ἐρημία καὶ ὁ ἥλιος τά τε ὕδατα φύσιν ἄτοπον ἔχοντα σφόδρα αὐτοὺς ἐταλαιπώρησεν, ὥστε τὸ πλεῖον φθαρῆναι τῆς στρατιᾶς. τὸ δὲ νόσημα τῇ κεφαλῇ ἐνσκῆπτον ἐξήραινεν αὐτήν, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτίκα ἀπώλλυε, τῶν δὲ περιγενομένων ἐς τὰ σκέλη κατῄει, ἅπαν τὸ μεταξὺ τοῦ σώματος ὑπερβαῖνον, καὶ αὐτοῖς ἐλυμαίνετο. ἴαμά τε οὐδὲν ἦν ἢ εἴ τις ἔλαιον οἴνῳ μεμιγμένον ἠλείψατο· τὰ δὲ πάνυ ὀλίγοις ἦν· ἥ τε γὰρ χώρα οὐδέτερον αὐτῶν φέρει, κἀκείνοις οὐκ ἄφθονα ταῦτα προπαρεσκεύαστο. κἂν τῷ πόνῳ τούτῳ καὶ οἱ βάρβαροι σφίσιν ἐπιτιθέμενοι τά τε χωρία ἃ πρὶν ἀφῄρηντο ἐκομίσαντο, καὶ τοὺς περιλειφθέντας ἐκ τῆς χώρας ἐξήλασαν.

Ὁ δ' Αὔγουστος ἐνδέκατον ὑπατεύσας ἐνόσησεν ὥστε μηδ' ἐλπίδα σχεῖν σωτηρίας, καὶ ὡς τελευτήσων διέθετο, καὶ διάδοχον μὲν οὐδένα ἀπέδειξε, τῷ Πείσωνι δὲ τάς τε δυνάμεις καὶ τὰς κοινὰς προσόδους εἰς βιβλίον γράψας ἔδωκε, τῷ δ' Ἀγρίππᾳ τὸν δακτύλιον ἐνεχείρισεν. Ἀντώνιος δέ τις Μούσας οὕτω κακῶς αὐτὸν διακείμενον ψυχρολουσίαις καὶ ψυχροποσίαις ἀνέρρωσε. W II 164 διὸ καὶ χρήματα παρ' αὐτοῦ τε καὶ παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβε, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς, ἀπελεύθερος ὤν, ἐπετράπη κεχρῆσθαι, ἀτέ-

2 καλουμένην add AB Dio. Σαβὼς Dio, Σαμῶς Xiphilinus: Strabo Σάβος. 3 αὐτοῦ ἐνώπιον A. 14 περιληφθέντας A. 18 ἐγγράψας A, ἐσγράψας Dio. 20 ἀνέσωσε Dio.

At Aegypti praetor Aelius Gallus expeditione in Arabiam felicem, cui Sabos imperabat, suscepta, etsi ei resistebat nemo, non tamen citra aerumnam est progressus. nam et solitudine et solis ardore et aqua insalubri milites graviter sunt afflicti, ut maxima pars exercitus ex morbo quo capita exsiccabantur interiret. is multos statim perimebat: si qui vero evadebant, in eorum pedes toto reliquo corpore incolumi desidebat eosque vexabat: nec ullum erat remedium aliud, nisi ut oleo vino temperato inungerentur. id vero perpaucis suppetebat: nam ea regio neutrum gignit, neque illi magnam copiam praepararant. in ea lue barbari quoque, receptis locis quae amiserant, eorum reliquias regione expulerunt.

Augustus vero undecimo consulatu sine ulla spe salutis aegrotans ut moriturus testamentum fecit, nec imperii successore ullo relicto libellum in quo legiones et publicos reditus perscripserat Pisoni tradidit, Agrippae anulum porrexit. sed ab Antonio Musa lotionibus et potionibus frigidis est recreatus. qua de causa medicus et ab illo et a senatu pecuniam et ius aurei anuli, quamvis libertinus, accepit, impunitate et

λειάν τε αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις τοῖς οὖσί τε καὶ τοῖς ἐσομένοις παρέσχοντο. οὕτω δὲ σωθεὶς εἰς τὸ συνέδριον τὰς διαθήκας εἰσήνεγκε, καὶ ἀναγνωσθῆναι ἐπέτρεπεν, ἐνδεικνύμενος ὅτι οὐδένα τῆς ἀρχῆς διάδοχον καταλέλοιπεν· οὐ μέντοι καὶ ἀνέγνω αὐτάς τις.

Λιμοῦ δὲ τῷ ἑξῆς ἔτει καὶ λοιμοῦ γενομένου ἐν πάσῃ τῇ
P I 535 Ἰταλίᾳ, νομίσαντες οἱ Ῥωμαῖοι οὐκ ἄλλως ταῦτα συμβεβηκέναι ἢ ὅτι μὴ καὶ τότε ὑπατεύοντα τὸν Αὔγουστον ἔσχον, δικτάτορα αὐτὸν ἠθέλησαν προχειρίσασθαι, καὶ τὴν βουλὴν εἰς τὸ συνέδριον κατακλείσαντες ἠνάγκασαν τοῦτο ψηφίσασθαι. καὶ αὐτῷ προσ-
ἦλθον δεόμενοι λεχθῆναι δικτάτορα καὶ τῆς τοῦ σίτου συναγωγῆς ἐπιμελητήν. καὶ ὃς τὴν μὲν τοῦ σίτου φροντίδα ἐδέξατο, τὴν δικτατορίαν δὲ οὐ προσήκατο, ἀλλ᾽ ἐπεὶ μήτε διαλεγόμενος αὐτοῖς μήτε δεόμενος ἔπειθε, τὴν ἐσθῆτα διέρρηξεν· ὀρθῶς γὰρ καὶ συνετῶς τὸ μισητὸν τῆς ἐπικλήσεως ἐφυλάξατο καὶ ἐπίφθονον,
B ὑπὲρ τοὺς δικτάτορας ἔχων τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν τιμήν. ἐπιβουλὴν δὲ κατ᾽ αὐτοῦ συστησαμένων τινῶν, αὐτοί τε καὶ οἱ συνωμόται ἐρήμην ἥλωσαν ὡς φεύξόμενοι, οὐ πολλῷ δ᾽ ὕστερον ἀπεσφάγησαν.

34. Μετὰ ταῦτα δ᾽ εἰς Σικελίαν ἦλθε. κἀκεῖ ὄντος ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων τοὺς ὑπάτους χειροτονῶν ἐστασίασεν, ὡς κἀντεῦθεν δειχθῆναι ὅτι ἀδύνατον ἦν δημοκρατουμένους αὐτοὺς σωθῆναι. οὕτω γὰρ ἐθορύβησαν καὶ ἅπαντα συνετάραξαν, ὥστε

1 τε alterum add A.

Fontes. *Cap.* 34. *Dionis Historiae Romanae lib.* 54 *c.* 6 — *c.* 35.

ipsi et medicis omnibus et tum et in posterum data. ita conservatus testamentum in concilium illatum recitari iussit, ut ostenderet se nullum successorem scripsisse: sed id a nemine lectum est.

Anno sequenti cum peste et fame per totam Italiam laboraretur, Romani opinantes non aliam eorum malorum esse causam quam quod Augustus tum quoque consul non creatus esset, dictatorem eum dicere voluerunt, et senatum in curia conclusum hoc decernere coegerunt, eumque orarunt ut et dictatorem et rei frumentariae procuratorem se dici pateretur. is vero annonae curationem suscepit, dictaturam repudiavit; et cum neque dissuadendo neque rogando quicquam proficeret, vestem suam laceravit, recte prudenterque vitato inviso et odioso nomine, cum dignitatem et potestatem dictatura superiorem obtineret. quidam, qui insidias ei compararant, indicta causa exsilio multati nec multo post una cum coniuratis interfecti sunt.

34. Deinde cum in Sicilia abesset, in comitiis consularibus seditio orta est: ut vel ex eo perspicuum esset Romanos libera re publica incolumes esse non posse. ita enim tumultuati sunt, ita turbarunt omnia,

καὶ τὸν Αὔγουστον ὑπὸ τῶν ἐμφρόνων ἀνακληθῆναι. ἀγανακτήσας δ' ἐπὶ τούτῳ ὁ Αὔγουστος, καὶ μήτε ἀεὶ τῇ Ῥώμῃ σχολάζειν δυνάμενος μήτ' αὖ ἄναρχον αὐτὴν καταλείπειν τολμῶν, ἐζήτει C αὐτῇ ἐπιστῆσαι τινά. καὶ ἔκρινε μὲν τὸν Ἀγρίππαν πρὸς αὐτὸ ἐπιτηδειότατον, βουληθεὶς δὲ καὶ μεῖζον αὐτῷ περιθεῖναι ἀξίωμα, ἵνα ἐκ τούτου ῥᾷον αὐτῶν ἄρχῃ, κατηνάγκασεν αὐτὸν τὴν γυναῖκα ἀφέντα τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ συνοικῆσαι τῇ Ἰουλίᾳ, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην αὐτίκα ἐπί τε τῷ γάμῳ καὶ ἐπὶ τῇ μεταχειρίσει τῆς πόλεως ἔπεμψε, διά τε τἆλλα καὶ ὅτι Μαικήνας εἶπε τῷ Καίσαρι ὡς "τηλικοῦτον αὐτὸν πεποίηκας ὥστε ἢ γαμβρόν σου γενέσθαι χρῆναι ἢ φονευθῆναι." Ἀγρίππας οὖν οἰδοῦντα εὑρὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ πράγματα κατεστήσατο. ὁ δ' Αὔγουστος D τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διοικήσας εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη, καὶ τὸ Ἑλληνικὸν διαγαγὼν εἰς τὴν Σάμον ἔπλευσε, κἀκεῖ χειμάσας εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῷ ἔαρι ἐκομίσθη, καὶ τά τε ἐκεῖ καὶ τὰ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ διέταξε, καὶ τοὺς Κυζικηνοὺς ἐδουλώσατο, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς μαστιγώσαντες ἔκτειναν· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τοῖς Τυρίοις καὶ τοῖς Σιδωνίοις ἐποίησεν, ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος. ἡ Ἰουλία δὲ τὸν Γάϊον ἔτεκε. καὶ ὁ Αὔγουστος ἐθνῶν ἡγεμονίας τισὶ δεδωκὼς ἐπανῆλθεν εἰς Σάμον, κἀκεῖ καὶ αὖθις ἐχείμασε καὶ πολλὰ διώκησεν· ἀφίκοντο γὰρ ἐνταῦθα πρεσβεῖαι πλεῖσται· καὶ οἱ Ἰνδοὶ τότε φιλίαν ἐποιήσαντο, δῶρα πέμψαντες ἄλλα τε καὶ τίγρεις, πρῶτον τότε Ῥωμαίοις ὀφθεῖσας. αὖθίς τε στάσις ἐν P I 536

1 ἀγανακτήσας δ'] καὶ ἀγανακτήσας A. 15 τε add A Dio.

ut Augustus a prudentioribus arcesseretur. id iniquo ferens animo, cum neque Romae semper vacari posset neque urbem sine magistratu relinquere auderet, de aliquo cui summam rerum mandaret deligendo deliberavit. quam ad rem cum aptissimus Agrippa videretur, et quo maiori esset auctoritate, dignitatem illius augere vellet, eum coegit relicta uxore Iuliam filiam ducere; ac statim Romam et ad nuptias contrahendas et ad magistratum ineundum cum aliis de causis, tum quod Maecenas dixerat eum tantum esse factum ab ipso Caesare ut aut generum deligi aut occidi oporteret, ablegavit. Agrippa igitur rem Romanam fluctuantem composuit: Augustus Sicilia ordinata in Graeciam traiecit: qua constituta Samum navigavit, ibique hieme exacta verno tempore in Asiam profectus cum eam provinciam et Bithyniam ordinasset, Cyzicenos in servitutem redegit, quod Romanos cives flagris caesos occiderant. eodem modo Tyrios et Sidonios, cum in Syriam venisset, tractavit. interea Iulia Gaium peperit. Augustus ubi certos homines provinciis praefecit, denuo Sami hibernavit, ibique multis negotiis et plurimis legationibus audiendis occupatus fuit. tum Indi amicitiam cum eo fecerunt, tigridibus dono datis: quas Romani tum primum viderunt. Romae autem denuo

τῇ Ῥώμῃ συνέβη καὶ σφαγαὶ γεγόνασι διὰ τὰς τῶν ὑπάτων ἀρχαιρεσίας. μαθὼν οὖν ταῦθ' ὁ Καῖσαρ, καὶ συνιδὼν ὅτι οὐδὲν πέρας γενήσεται τοῦ κακοῦ, εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη καὶ αὐτὸς ἀπέδειξεν ὕπατον. ἐπεὶ δὲ ὑπαντῆσαι αὐτῷ πάντες παρεσκευάζοντο, νύκτωρ εἰς τὴν πόλιν ἀνεκομίσθη· ὃ καὶ πολλάκις ἐποίησε, καὶ ἐξιὼν τοῦ ἄστεος καὶ ἐπανιών, ἵνα μηδενὶ ὀχληρὸς εἴη. εἶτα τῶν τρόπων ἐπιμελητὴς καὶ τιμητὴς εἰς πενταετίαν παρακληθεὶς
B ἐχειροτονήθη, τὴν δὲ τῶν ὑπάτων τιμὴν διὰ βίου ἔλαβε. τινῶν
W II 165 δ' αἰτίας σχόντων ἐπιβουλεύειν αὐτῷ καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ, ἄλλους μέν τινας ἐδικαίωσε, τὸν δὲ Λέπιδον ἐμίσει μὲν καὶ δι' ἄλλα καὶ ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐπεβούλευσεν αὐτῷ, οὐ μέντοι καὶ ἀποκτεῖναι ἠθέλησεν, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλως προεπηλάκιζε καὶ ἐχλεύαζεν. ἔθετό τε καὶ ἄλλους νόμους, καὶ τὸ τοὺς δεκάσαντάς τινας ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐς πέντε ἔτη αὐτῶν εἴργεσθαι· τοῖς τε ἀγάμοις καὶ ταῖς ἀνάνδροις ἐπιτίμια ἔταξε, τοῦ δὲ γάμου καὶ τῆς παιδοποιίας ἆθλα ἔθηκε. κἀπειδὴ πολὺ πλεῖον τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος τοῦ εὐγενοῦς ἦν,
C ἐπέτρεψε καὶ ἀπελευθέρας τοῖς ἐθέλουσι πλὴν τῶν βουλευτῶν ἄγεσθαι, ἔννομον τὴν τεκνοποιίαν αὐτῶν εἶναι κελεύσας. ἐπεὶ δὲ βρέφη τινὲς μνηστευόμενοι τὰς μὲν τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο τιμάς, τὸ δ' ἔργον αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε μηδεμίαν ἰσχύειν μνηστείαν μεθ' ἣν οὐ δύο διελθόντων ἐτῶν εὐθὺς γαμήσει τις, τουτέστι δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι· δώδεκα δὲ ταῖς κό-

3 ὑπείχθη A. 5 ὃ καὶ πολλάκις — 6 ὀχληρὸς εἴη Dio alio loco narrat, Xiphilinus hic. 14 ταῖς] τοῖς A. 16 πλεῖον πολὺ C. 21 εὐθὺς om A Dio. 22 δεκέτην B. δὲ] γὰρ Dio.

tumultuatum est ob comitia consularia, et caedes factae. quo cognito Caesar, quia nullum mali finem fore providebat, Romam propere contendit et ipse consulem designavit. et quia se omnes ut procederent obviam parabant, noctu ingressus est; atque id tam in egressu quam ingressu urbis saepius fecit, ne cuiquam esset gravis. deinde precibus ab eo impetratum est ut morum magistrum et censorem in quinquennium se creari pateretur: consularem vero dignitatem in omnem aetatem accepit. cum quidam ob insidias, quas et ipsi et Agrippae fecissent, accusati essent, alios quosdam supplicio affecit, Lepidum autem cum aliis de causis tum ob insidias a filio illius sibi factas invisum non occidit sed alias aliter ludibrio et contemptui habuit. praeter leges alias illam quoque tulit ut, qui in comitiis suffragia corrupissent, magistratibus quinquennium excluderentur. vitae caelibi tam virorum quam mulierum poenas, coniugio et procreationi liberorum praemia proposuit; et quia plures erant patricii mares quam femellae, permisit etiam libertinas ducere si qui vellent, senatoribus exceptis, eorumque progeniem legitimam esse iussit. iam quia nonnulli infantibus sibi desponsis, cum fraudem legi facerent, praemiis coniugum fruebantur, sanxit ne qua sponsalia rata essent nisi post biennium nuptiae celebrarentur, hoc est, ut puellae non minores decem

ραις ἔτη εἰς τὴν τοῦ γάμου ὥραν πλήρη νομίζεται. ὁ δὲ Ἀγρίππας καὶ ἕτερον υἱὸν ἐκ τῆς Ἰουλίας ἐγείνατο, Λούκιον ὀνομασθέντα· ὃν Αὔγουστος καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Γάϊον εἰσεποιήσατο, D καὶ διαδόχους τῆς ἀρχῆς αὐτόθεν ἀπέδειξεν, ἵν' ἧττον ἐπιβουλεύηται. ἑστιώμενος δέ ποτε παρὰ Πωλίωνι, ἀνδρὶ πλουσίῳ μὲν σφόδρα ὠμῷ δὲ λίαν καὶ ἀπηνεῖ, ἐπεὶ ὁ οἰνοχόος ἐκείνου κύλικα κρυσταλλίνην κατέαξε καὶ ἐς τὰς μυραίνας ὡρίσθη παρὰ τοῦ δεσπότου ἐμβληθῆναι (ἔτρεφε γὰρ ἐν δεξαμεναῖς τοιαύτας, ἀνθρώπους δεδιδαγμένας ἐσθίειν, καὶ τοὺς δούλους αὐταῖς οὓς ἐθανάτου παρέβαλλε), παρῃτεῖτο τὴν τιμωρίαν ὁ Καῖσαρ τοῦ οἰνοχόου· ὡς δ' οὐκ ἔπειθε τὸν Πωλίωνα, "φέρε" φησίν "ὅσα τοιαῦτα ἔχεις ἐκπώματα ἢ καὶ ἕτερα ἔντιμα, ἵν' αὐτοῖς χρήσωμαι." κομισθέντα δὲ συνέτριψεν, εἰπὼν ἵνα μὴ διὰ ταύτας κολάζοιντο ἄνθρωποι. ὁ δὲ Πωλίων πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἀπολωλότων τῆς μιᾶς ἐπελάθετο κύλικος, καὶ τὸν οἰνοχόον τιμωρήσασθαι μὴ δυνάμενος, ὅτι ἐπὶ πολλοῖς τὸ αὐτὸ ἐπεποιήκει ὁ Αὔγουστος, καὶ ἄκων ἡσύχασεν. P I 537

Ἀγρίππας δὲ νοσήσας ἐν Καμπανίᾳ ἀπέθανεν· οὗ ὁ Καῖσαρ παραγενόμενος τό τε σῶμα αὐτοῦ εἰς τὴν Ῥώμην ἐκόμισε καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ προθέμενος λόγον ἐπ' αὐτῷ ἀνέγνω καὶ τὴν ἐκφορὰν αὐτοῦ πολυτελῆ ἐποιήσατο καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ μνημείῳ ἔθαψεν. ὁ δὲ τοῦ Ἀγρίππου θάνατος κοινόν τι τοῖς Ῥωμαίοις πένθος ἐγένετο. τά τε γὰρ ἄλλα ἄριστος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων ἐγέ-

7 κρυσταλίνην PW. 13 εἰπὼν — 14 ἄνθρωποι om Dionis codices. 13 ταύτας] ταῦτα οὕτως A. 22 πένθος] Dio πάθος.

annis desponderentur: quarum annus aetatis duodecimus maturus coniugio habetur. Agrippa filium alterum ex Iulia suscepit Lucium, quem una cum Gaio Augustus adoptatos statim imperii successores designavit, ut minus insidiis appeteretur. cum aliquando Pollionis hominis locupletis sed saevi et crudelis conviva esset, et is pincernam ob calicem crystallinum fractum muraenis quas in piscinis alebat ad devorandos homines assuefactas obiici iussisset (id enim supplicium servis quos occidebat constituerat), poenam pincernae Caesar deprecatus est: cum nihil impetrasset, Pollionem etiam alia eiusdem materiae pocula et si qua praeterea pretiosa haberet ut eis uteretur afferre iussit, allata confregit "ne propterea" inquit "homines occidant." sic Pollio propter multitudinem confractorum ab Augusto calicum unius oblitus cum pincernam punire non posset, vel invitus homini pepercit.

Agrippa in Campania ex morbo defuncto Caesar eo profectus corpus eius Romam advexit, eoque in forum allato orationem recitavit, factoque magnifico funere ossa in suum monumentum intulit. Agrippae mors publicum Romanis luctum attulit. nam cum caetera vir suae aeta-

B νετο, καὶ τῇ τοῦ Αὐγούστου φιλίᾳ πρὸς τὸ ἐκείνου καὶ πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον ἐκέχρητο, καὶ πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν καὶ ἀνδρείαν εἰς τὰ λυσιτελέστατα παρέχων τῷ Καίσαρι πᾶσαν τὴν παρ' ἐκείνου καὶ δύναμιν καὶ τιμὴν εἰς τὸ τοὺς ἄλλους εὐεργετεῖν ἀνήλισκεν· ὅθεν οὔτ' αὐτῷ ἐπαχθὴς οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπίφθονος ἐχρημάτισε. τούτου μεταλλάξαντος, ἐπεὶ συνεργοῦ πρὸς τὰ πράγματα ἐδεῖτο, τὸν Τιβέριον καὶ ἄκων προσείλετο· οἱ γὰρ τοῦ Ἀγρίππου υἱοί, ἔγγονοι δ' αὐτοῦ, ἐν παισὶν ἔτι ἐτέλουν. καὶ ἀποσπάσας ἐκείνου τὴν γυναῖκα, θυγατέρα οὖσαν Ἀγρίππου ἐξ ἄλλης γαμετῆς, τὴν Ἰουλίαν αὐτῷ ἐνεγγύησεν. εἶτα διά τε τούτου καὶ διὰ τοῦ Δρούσου καὶ διὰ Πείσωνος Λουκίου πολλὰ τῶν ἐθνῶν ὑπηγάγετο. ἀργύριον δὲ τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου εἰς εἰκόνας αὐτοῦ συνενεγκόντων, ἑαυτοῦ μὲν οὐδεμίαν ἔστησεν, Ὑγιείας δὲ δημοσίας καὶ Ὁμονοίας καὶ Εἰρήνης εἰκόνας εἰργάσατο. καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτῷ ἐκείνῳ προσιόντες οἱ μὲν πλεῖον οἱ δ' ἧττον ἐδίδοσαν, καὶ ὃς προστιθεὶς ἕτερον τοσοῦτον ἢ καὶ πλέον ἀντεδίδου, οὐ μόνοις τοῖς βουλευταῖς ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. τέθνηκε δὲ τότε καὶ ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Ὀκταβία, καὶ αὐ-
W II 166 τός τε ἐπ' αὐτῇ δημοσίᾳ προτεθείσῃ ἐπιτάφιον εἶπε καὶ ὁ Δροῦσος· καὶ οἱ βουλευταὶ πενθήρεις χιτῶνας ἔλαβον, δημοσίᾳ τὸ πένθος ποιήσαντες.

D 35. Τῷ δ' ἐχομένῳ ἔτει ὁ Δροῦσος ὑπατεύσας κατ' ἐθνῶν

2 ἀνδρίαν A. 4 καὶ prius add A Dio. 10 ἐνεγγύησεν A. 13 αὐτοῦ] sic A, αὐτῷ PW: Dio ἑαυτοῦ. ὑγιείας A, Τγείας PW. 22 ἐχομένῳ A.

FONTES. *Cap.* 35. *Dionis Hist. Rom. lib.* 55 *c.* 1—10. *nonnulla Zonaras habet quae in Dionis codicibus desiderantur.*

tis optimus fuit, tum Augusti amicitia ad ipsius et rei publicae utilitatem usus est, suamque prudentiam et fortitudinem omnem in res Caesari utilissimas contulit, omnipotentia et honore, quibus ab illo ornatus erat, ad beneficentiam conversa: quare nec Augusto gravis nec caeteris invidiosus fuit. eo defuncto cum rerum gerendarum socio carere non posset, Tiberium vel invitus adscivit (nam Agrippae filii, nepotes ipsius, pueri adhuc erant); ereptaque uxore, Agrippae ex alia coniuge filia, Iuliam ei despondit. deinde per eum et Drusum et Lucium Pisonem multas nationes subegit. pecunia a senatu et populo ad eius imagines faciendas collata, sui nullam imaginem erexit, sed publicae Salutis, Concordiae et Pacis statuas fecit. primo anni die eum adibant homines, atque alii plus alii minus offerebant: quibus ipse duplum aut amplius reddebat, non senatoribus duntaxat sed aliis etiam. Octaviam sororem tunc mortuam publice proposuit: funebres de ea orationes ipse et Drusus habuerunt: senatus vestes lugubres induit ut in luctu publico.

35. Anno sequenti Drusus cónsul factus gentibus quibusdam bel-

τινων ἐξεστράτευσε. καί τινα χειρωσάμενος προσωτέρω χωρεῖν ἐπεχείρησε. καί τινι γυναικὶ μείζονι ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν ἀπήντησεν ἀπιών, ἥ "ποῖ δῆτα ἐπείγῃ Δρουσε ἀκόρεστε" λέγειν αὐτῷ ἔδοξεν· "οὐ πάντα σοι ταῦτα ἰδεῖν πέπρωται. ἀλλ' ἄπιθι· ἤδη γάρ σοι καὶ ἡ τοῦ βίου καὶ ἡ τῶν ἔργων πύρεστι τελευτή." ὑποστρέφοντι δ' ἐκεῖθεν αὐτῷ νόσος ἐνέσκηψεν, ἐξ ἧς ἐτελεύτησε. πυθόμενος δ' ὁ αὐτοκράτωρ ὅτι νοσεῖ, τὸν Τιβέριον κατὰ τάχος ἔπεμψεν· ὃς ἔμπνουν τε αὐτὸν εὗρε καὶ θανόντα ἐς τὴν Ῥώμην ἐκόμισε. καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ προτεθέντα ὅ τε Αὔγουστος καὶ ὁ Τιβέριος ἐπιταφίοις ἐπήνεσαν. P I 538

Νόμους δὲ μετὰ ταῦτα ὁ Καῖσαρ εἰσήνεγκε, καὶ τοῖς βουλευταῖς αὐτοὺς ἀναγνῶναι ἐπέτρεψεν, ὅπως, εἴ μή τι ἀρέσκει ἢ ἄμεινόν τι νοήσουσι, εἴπωσιν. οὕτω γὰρ δημοκρατικὸς ἠξίου εἶναι, ὥστε τινὸς τῶν συστρατευσαμένων αὐτῷ συνηγορήματος παρ' αὐτοῦ δεηθέντος, τῶν φίλων τινὰ συνεπεῖν αὐτῷ ἔπεμπεν, ὡς αὐτὸς οὐκ ἄγων σχολήν, ἐπεὶ δὲ ὁ τῆς συνηγορίας δεόμενος ἀχθεσθεὶς ἔφη "ἐγὼ δ' ὁσάκις ἐπικουρίας ἐδεήθης οὐκ ἄλλον ἀντ' ἐμαυτοῦ ἔπεμψα ἀλλ' αὐτός σου προεκινδύνευσα", εἰς τὸ δικαστήριόν τε ἐφοίτησε καὶ αὐτῷ συνηγόρησεν. αἰτιαθέντων δέ τινων ἀρχόντων ὡς ἐκ δεκασμοῦ τὰς ἀρχὰς λαβόντων, οὔτ' ἐξ- B ἠλεγξε καὶ προσεποιήσατο μηδὲ γνῶναι τοῦτο· οὔτε γὰρ κολάσαι τινὰς διὰ τοῦτο οὔτε συγγνῶναι ἐλεγχθεῖσιν ἠθέλησε. τὴν δ'

2 *καὶ γυναικί τινι* A. 6 *ὑποστρέφοντι δ'*] *ὑποστρέφοντος* B. 13 *οὕτω*] *οὔπω* A. 14 *συστρατευομένων* A. 15 *τινὰ συνεπεῖν αὐτῷ* AB Dio, *αὐτῷ συνεπεῖν τινα* PW. *ἔπεμψεν* A. 19 *δέ* om A. 20 *ἐκ* om A.

lum intulit; et cum nonnullis subactis ulterius progredi statuisset, mulier ei natura humana maior obvia dicere visa est "quonam properas Druse insatiabilis? non in fatis est ut ista omnia videas. verum abito: iam enim et vitae et operum tibi finis instat." inde rediens in morbum incidit, ex quo decessit. eius morbo imperator audito Tiberium festinanter ad eum misit: qui et aegrotantem illum vidit, et mortuum Romam advectum in foro proposuit. atque in defuncti laudem et Augustus et Tiberius orationes habuerunt.

Inde ad leges ferendas conversus eas senatoribus legendas dedit, ut si quid vel improbarent vel melius nossent, dicerent. adeo enim popularem se praebebat ut, cum ex commilitonibus quidam eum advocatum orasset, ipse vero propter occupationes amicum suo loco misisset, idque ille moleste ferens dixisset "at ego quoties tibi auxilio fuit opus non alium pro me misi sed ipse pro te discrimen adii", in forum veniret et ipse ei patrocinaretur. cum quidam ut per ambitum et corruptelas magistratus adepti arguerentur, rem neque exploravit et dissimulavit, quod ea de causa neque multare quenquam neque convictis veniam dare vo-

ἡγεμονίαν καίπερ, ὡς ἔλεγεν, ἀφιείς, ἐπειδὴ καὶ τὰ δεύτερα δέκα ἔτη παρῆλθον, ἄκων δῆθεν αὖθις ἐδέξατο, ὡς ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς στρατεύσων. καὶ αὐτὸς μὲν οἴκοι κατέμεινεν, ἐπ' ἐκείνους δὲ τὸν Τιβέριον ἔπεμψεν. ὃν ἐπανελθόντα αὐτοκράτορα ἀνεῖπε καὶ ὕπατον αὖθις ἀπέδειξε καὶ τοῖς ἐπινικίοις ἐσέμνυνεν. αὐτὸς δὲ τὸν Σεξτίλιον καλούμενον μῆνα Αὔγουστον ἀντωνόμασε.

Τοῦ δὲ Μαικήνου τελευτήσαντος ἤλγησε· πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα ὑπ' αὐτοῦ ὤνητο, μάλιστα δὲ τῆς ὀργῆς, ὅτε ἀκρατέστερον αὐτῇ ἐκέχρητο, παρελύετο καὶ μετήνεκτο πρὸς τὸ ἠπιώτερον. τεκμήριον δέ, δικάζοντός ποτε καὶ πολλὰς ἀποφηναμένου ψήφους θανατικάς, ἐπεχείρησε μὲν ὁ Μαικήνας διώσασθαι τοὺς περιεστῶτας καὶ ἐγγὺς αὐτῷ προσελθεῖν, μὴ δυνηθεὶς δὲ ἔγραψεν ἐν χάρτῃ μικρῷ "ἀνάστα δήμιε", καὶ αὐτὸ εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ ἔρριψεν· ὃ ἐπελθὼν ἐκεῖνος εὐθὺς ἀνέστη καὶ τὰς ψήφους ἠκύρωσεν ἃς τηνικαῦτα ἦν ψηφισάμενος. οὐ γὰρ ἠγανάκτει διορθούμενος ὑπὸ τῶν φίλων ἀλλὰ ἔχαιρε. μέγιστον δὲ τῆς ἀρετῆς τοῦ Μαικήνου δεῖγμα, ὅτι τῷ τε Αὐγούστῳ πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτοῦ ἀνθιστάμενος ᾠκείωτο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἤρεσκε, καὶ ὅτι πλεῖστον παρ' αὐτῷ δυνηθείς, ὥστε πολλοῖς καὶ τιμὰς καὶ ἀρχὰς δοῦναι, αὐτὸς ἐν τῷ τῶν ἱππέων τέλει κατεβίω καὶ οὐχ ὑπερεφρόνησεν.

4 αὐτοκράτορα ἀνεῖπε B, αὐτοκράτορά τε ἀνεῖπε A, ἀνεῖπεν αὐτοκράτορα PW. 5 ἀνέδειξε A: Dio ἀπέδειξε. 6 κατωνόμασε A: Dio ἀντωνόμασε. 13 αὐτὸ ad γραμματεῖον refertur apud Dionem. 19 ὥστε πολλοῖς καὶ τιμὰς A Dio, ὡς καὶ τιμὰς πολλοῖς PW. 20 ἐν om AC Dio.

lebat. principatum etsi depositurum prae se ferebat altero decennio elapso, invitus scilicet denuo suscepit ut Gallis bellum inferret. caeterum ipse domi mansit et Tiberium contra illos misit: reversum imperatorem declaravit et consulem fecit et triumpho ornavit. mensem Sextilem de suo nomine Augustum appellavit.

Maecenatis obitum aegre tulit: qui cum aliis in rebus ei fuit utilis, tum ira effervescentem placare solitus et ad moderationem traducere. cuius illud argumentum est. cum aliquando pro tribunali multos capitis condemnasset, Maecenas per turbam populi ad eum penetrare frustra conatus chartulae inscripsit "surge carnifex", eamque in gremium eius coniecit: qua lecta surrexit Caesar et sententias abrogavit quas tum pronuntiarat. nam se ab amicis castigari adeo non aegre ferebat, ut gauderet. Maecenatis porro virtutem illud declarat maxime, quod cum cupiditatibus Augusti refragaretur, nihilominus ei carus erat, et caeteris omnibus placebat; et quamvis tanta eius esset auctoritas ut multis honores et magistratus largiretur, ipse in ordine equestri omnem aetatem aequo animo exegit.

Ὁρῶν δὲ ὁ Αὔγουστος τόν τε Γάϊον καὶ τὸν Λούκιον τοὺς ἐγγόνους αὐτοῦ, οὓς καὶ υἱοθετήσατο, μὴ τὰ ἤθη ζηλοῦντας αὐτοῦ (οὐ γὰρ ἁβρύτερον διῆγον μόνον ἀλλὰ καὶ ἐθρασύνοντο), καὶ βουληθεὶς αὐτοὺς σωφρονεστέρους θέσθαι ὡς ἰδιώτας, τῷ Τιβερίῳ εἰς πέντε ἔτη τὴν δημαρχικὴν ἐξουσίαν ἀπένειμε καὶ τὴν Ἀρμενίαν ἀλλοτριουμένην μετὰ τὸν τοῦ Τιγράνου θάνατον προσ- P I 539
εκλήρωσεν. οὐδὲν δ' ἐκ τούτου ἀπώνατο. οἱ μὲν γὰρ παῖδες παροροᾶσθαι δύξαντες ἤχθοντο, ὁ δὲ Τιβέριος τὴν ὀργὴν αὐτῶν ἐφοβήθη· διὸ οὔτ' εἰς Ἀρμενίαν ἀπεληλύθει, ἀλλ' εἰς Ῥόδον ἀφίκετο. τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει δωδέκατον ὑπατεύων ὁ Αὔγουστος εἰς τοὺς ἐφήβους τὸν Γάϊον ἔταξε καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον ἅμα εἰσήγαγε καὶ πρόκριτον ἀπέφηνε τῆς νεότητος ἴλαρχόν τε φυλῆς W II 167
γενέσθαι ἐπέτρεψε. καὶ μετ' ἐνιαυτὸν καὶ ὁ Λούκιος τὰς τιμὰς ὅσαι τῷ Γαΐῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἐδέδοντο ἔλαβεν. ἀθροισθέντος δὲ τοῦ δήμου καὶ ἐπανορθωθῆναί τινα ἀξιοῦντος καὶ τοὺς δημάρ- B
χους διὰ τοῦτο πρὸς τὸν Αὔγουστον πέμψαντος, ἦλθεν ἐκεῖνος καὶ περὶ ὧν ἐδέοντο σφίσι συνδιεσκέψατο· καὶ ἐπὶ τούτῳ ἥσθησαν ἅπαντες. τὴν δὲ θυγατέρα Ἰουλίαν ἀσελγαίνουσαν φωράσας ὑπερωργίσθη· καὶ ἐκείνην μὲν εἰς νῆσον ἀπήγαγεν ὑπερώριον, ᾗ καὶ ἡ μήτηρ ἡ Σκριβωνία ἑκοῦσα συνεξέπλευσε, τῶν δὲ δὴ χρησαμένων αὐτῇ τὸν μὲν Ἰούλιον Ἀντώνιον ἔκτεινεν ἄλλους τέ τινας ἐπιφανεῖς ἄνδρας ὡς τῆς μοναρχίας ἐφιεμένους, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς νήσους τινὰς ὑπερώρισε.

6 *μετὰ τὸν τοῦ Τιγράνου θάνατον* om Dionis exemplaria. 10 *τῷ δ' ἐφεξῆς* — 18 *ἥσθησαν ἅπαντες* om Dionis exemplaria. 10 post *δωδέκατον* C add *ἔτι*. 14 *ἐδέδοντο* AB, *ἐδίδοντο* PW. 19 *ἀπήγαγεν* om B. 20 *δὴ* add AB Dio. 21 *Ἰοῦλον* Reimarus.

Augustus cum Gaium et Lucium nepotes eosdemque filios adoptivos non suos imitari mores videret (nec enim luxuriosius duntaxat sed ferocius etiam se gerebant), eosque ut privatos modestiores reddere statuisset, tribuniciam potestatem in quinquennium Tiberio decrevit et Armeniam post Tigranis obitum alienatam attribuit. verum ea re nihil profecit. nam et pueri cum se negligi putarent, ei succensebant; et Tiberius illorum iram veritus in Armeniam non abiit, sed Rhodum est profectus. Augustus vero anno sequenti duodecimum consul Gaium toga virili data in curiam adductum principem iuventutis designavit et sevirum turmae equitum esse iussit, annoque post Lucio eius fratri eosdem honores dedit. populo congregato et quaedam corrigi postulante, ea de causa tribunis ad Augustum missis, ipse venit, et quae petebant una cum eis consideravit: qua re omnes sunt delectati. Iuliam filiam, lasciviam eius aegerrime ferens, in insulam relegavit: cum eaque mater Scribonia ultro in exsilium abiit. ex amatoribus eius Iulium Antonium et alios claros viros ut regnum affectantes interfecit, caeteros in insulas relegavit.

36. *Τῶν Ἀρμενίων δὲ νεωτερισάντων καὶ τῶν Πάρθων*
C *αὐτοῖς συνεργούντων ἀλγῶν ἐπὶ τούτοις ὁ Αὔγουστος ἠπόρει τί*
ἂν πράξῃ. οὔτε γὰρ αὐτὸς στρατεῦσαι οἷός τε ἦν διὰ γῆρας, ὅ
τε Τιβέριος, ὡς εἴρηται, μετέστη ἤδη, ἄλλον δέ τινα πέμψαι
τῶν δυνατῶν οὐκ ἐτόλμα· ὁ Γάϊος δὲ καὶ ὁ Λούκιος νέοι καὶ
πραγμάτων ἐτύγχανον ἄπειροι. ἀνάγκης δ' ἐπικειμένης τὸν Γάϊον
εἵλετο, καὶ τήν τε ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν ἀνθύπατον καὶ γυναῖκα
ἔδωκεν, ἵνα κἀκ τούτου τι προσλάβῃ ἀξίωμα, καί οἱ καὶ συμ-
βούλους προσέταξε. καὶ ὁ μὲν ἀφωρμήθη ἐντίμως παρὰ πάντων
ὑποδεχόμενος οἷα τοῦ αὐτοκράτορος ἔγγονος ἢ καὶ παῖς νομιζόμε-
D *νος, καὶ ὁ Τιβέριος δ' ἐς Χίον ἐλθὼν αὐτὸν ἐθεράπευσε, τὰς*
ὑποψίας ἀποτριβόμενος, ὑποπίπτων τε διὰ τοῦτο καὶ ταπεινού-
μενος· ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν Συρίαν καὶ μηδὲν μέγα κατωρθωκὼς
ἐτρώθη. Ἄδδων γάρ τις τὰ Ἀρτάγειρα κατέχων ὑπηγάγετο παρὰ
τὸ τεῖχος τὸν Γάϊον ὥς τι φράσων ἀπόρρητον, καὶ αὐτὸν ἔτρωσεν.
ὁ μὲν οὖν πολιορκηθεὶς ἦλω, ὁ δὲ Γάϊος ἐνόσησεν ἐκ τοῦ τραύ-
ματος, καὶ ἄλλως μέντοι μὴ ὢν ὑγιεινός. διὸ καὶ τὴν διάνοιαν
ἐξελέλυτο καὶ πολλῷ μᾶλλον ἀπημβλύνθη, καὶ ἰδιωτεύειν ἠξίου·
ὥστε τὸν Αὔγουστον περιαλγήσαντα προτρέψασθαι αὐτῷ ἐς τὴν
Ἰταλίαν ἐλθόντα πράττειν ὃ βούλοιτο. ὁ δὲ ἐς Λυκίαν ἐν ὁλκάδι
P I 540 *παρέπλευσεν, ἔνθα δὴ καὶ μετήλλαξεν. ὁ δὲ Λούκιος ὁ ἀδελφὸς*

1 *Τῶν Ἀρμενίων* — 14 *κατωρθωκὼς ἐτρώθη*] horum plurima omittunt Dionis codices. 8 *καὶ* post *οἱ* add A. 14 *κατέσχον* W. *παρὰ*] *περὶ* AB: Dio *ὑπὸ*. 17 *ἄλλως μέντοι*] *ἄλλος δὲ* A. 18 *καὶ* prius om A Dio. 20 *ἐλθόντι* A: Dio *ἐλθόντα*.

Fontes. *Cap.* 36. *Dionis Historiae Romanae lib.* 55 *c.* 11—22. *nonnulla Zonaras habet quae in Dionis codicibus desiderantur.*

36. Cum Armenii defecissent et a Parthis iuvarentur, ea re dolens, quid ageret ambigebat. nec enim ipse propter senectutem bellum gerere poterat, et Tiberius, ut dictum est, iam secesserat, nec alium ex potentioribus mittere audebat. Gaius vero et Lucius adolescentes et rerum imperiti erant. verum urgente necessitate Gaium delegit, potestate proconsulari et uxore data, ut ea quoque re dignitas eius augeretur, et consiliariis adiunctis. is iter ingressus ab omnibus ut imperatoris nepos ac potius filius honorifice exceptus est. Tiberius etiam Chium traiecit et adolescentem coluit, purgando suspiciones et summisse humiliterque se gerendo. cum in Syriam venisset et nihil praeclari gessisset, vulnus accepit. Addo enim, qui Artagira tenebat, eum ad moenia pellectum tanquam arcani aliquid dicturus vulneravit. ac is quidem urbe expugnata captus est, Gaius autem, et iam alioqui parum firma valetudine, et dissolutiore ingenio, ex vulnere aegrotavit; et multo hebetior factus postulavit ut privatam sibi vitam liceret agere. id Augustus aegerrime ferens eum hortatus est ut in Italiam reversus quod vellet ageret. ille vero nave oneraria in Lyciam advectus obiit, Lucio

αὐτοῦ προαπέσβη, ἐξαίφνης νόσῳ ἀποθανών. ἥ τε οὖν Λιβία ἐπὶ τῷ θανάτῳ τούτων ὑπωπτεύθη καὶ ὁ Τιβέριος, οὐ πολλῷ πρότερον ἐκ τῆς Ῥόδου πρὸς τὴν Ῥώμην ὑπονοστήσας. αὐτός τε γὰρ τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ἐμπειρότατος ἦν, καὶ Θράσυλον εἶχεν ἄνδρα τὴν ἀστρολογίαν ἀκρότατον· ὅθεν καὶ τὰ ἑαυτῷ καὶ τὰ ἐκείνοις μέλλοντα συμβαίνειν ἠπίστατο. λέγεται γοῦν ὅτι βουληθείς ποτε ὁ Τιβέριος ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλον ἀπὸ τοῦ τείχους ὦσειν, ὡς μόνον συνειδότα ὅσαπερ ἐνενόει, σκυθρωπάσαντά τε ἰδὼν αὐτόν, ἤρετο δι' ὅ τι συνένηφε· τοῦ δὲ κίνδυνόν τινα προορᾶν ἐπηρτημένον αὐτῷ φήσαντος ἐθαύμασεν ὁ Τιβέριος, B καὶ φυλάξαι αὐτὸν ἑαυτῷ διὰ τὰς ἐλπίδας ἠθέλησεν.

μεθ' ὃν Φλαβιανὸς προέστη τῶν χριστωνύμων ἐπ' ἔτεσιν εἴκοσι πρὸς τοῖς ἓξ. εἶτα Θεόδοτος τὴν λειτουργίαν διεδέξατο, καὶ τετραετίαν ἤνυσεν ἐπ' αὐτῇ. καὶ ἀντὶ τούτου Ἰωάννης εἰσήχθη, καὶ διήρκεσεν ἐπ' ἔτος ὀκτωκαιδέκατον. ἀντὶ δὲ Ἰωάννου Δόμνος κεχειροτόνητο, ἐπιζήσας τῇ χειροτονίᾳ ὄγδοον ἔτος· καὶ ἀνθιδρύθη τῷ θρόνῳ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Μάξιμος, ἐπ' ἐνιαυτοὺς ἐπιμείνας τῇ προστασίᾳ τέσσαρας. ὃς ὑπὸ Μαρτυρίου διεδέχθη, ἔνατον καὶ τούτου τῇ ἀρχῇ διανύσαντος ἔτος. Ἰουλιανὸς δ' ἔπειτα εἰς τὴν ἀρχιερατικὴν ταύτην καθέδραν ἐκάθισεν ἐπὶ ἔκτον
I 648 ἐνιαυτόν, καὶ οὗτος ἔσχε Πέτρον διάδοχον. ὃν μετὰ τριετῆ χρόνον Στέφανος διεδέξατο, ἰσαρίθμους ἀρχιερατεύσας ἐνιαυτούς. τῷ δὲ Στεφάνῳ Καλανδίων ἐγένετο ἔφεδρος. καὶ τούτῳ μετὰ τετραετίαν Πέτρος ἄλλος ἐφήδρευσε, τριετῆ χρόνον τὴν ἐκκλησίαν κατεσχηκώς. οὗ διάδοχος Παλλάδιος γέγονε, δεκαετίαν ἀνύσας ἐν τῇ ἀρχῇ. εἶτα Φλαβιανὸς ᾑρέθη, ἐπὶ δέκα καὶ τρεῖς ἀρχιερατεύσας ἐνιαυτούς. μεθ' ὃν Σεβῆρος ἕβδομον λειτουργήσας ἐνιαυτὸν ἀφῆκεν Εὐφρασίῳ τὴν καθέδραν τὴν ἱερών. ὃν μετὰ πέμπτον ἔτος Ἐφραΐμιος διεδέξατο· ὀκτὼ δ' ἐπὶ δέκα χρόνους ἐπεβίω οἷτος τῷ λειτουργήματι.

2 *τὴν λειτ. Θεόδοτος* A. 3 *ἤνυσεν ἐπ' αὐτῇ* AB, *ἤνυσε* PW.
12 *καλανδίων* CW. 18 *ουτος ἐπεβίω χρόνους* AB.

annos 25. post hunc Flavianus Christianis annos 26 praefuit. deinde Theodotus ministerium suscepit, in eoque annos quattuor exegit. in huius locum Ioannes introductus per annos 18 duravit. pro Ioanne Domnus electus annos 8 postea vixit. post quem in Antiochenae ecclesiae thronum Maximus introductus, in eo munere quadriennium vixit, successore Martyrio, qui 9 explevit in magistratu annos. deinde Iulianus in ea pontificia sede annos sex consedit, et Petrum successorem habuit. cui triennio post Stephanus successit, totidem annos pontificatu functus. in Stephani locum Calandio suffectus est. et huic post quadriennium alius Petrus successit, qui ecclesiam per triennium gubernavit. huius successor exstitit Palladius, decem annis in magistratu exactis: deinde Flavianus creatus episcopus tredecim annis. post eum Severus septem annis gubernata ecclesia Euphrasio sacram sedem reliquit: cui post annum quintum Ephraimius successit, et in ministerio annos duodeviginti vixit.

NOTAE.

Digitized by Google

Usus sum [in T. 2] tribus codicibus: duobus D. Antonii Fug- P15
geri Constantinopoli emptis, et uno Viennensi a D. Gaspare a Nyd-
prug etc. ultro perhumaniter atque utiliter suppeditato. nam duo
reliqui tantum a Constantino Magno ordiuntur. Wolfius. Vien-
nensis est B, Fuggeranus alter C: de altero cf. T. 1 p. XXXIX.

Duobus Zonarae codicibus Nic. Carminius Falconius usus est in concinnandis libris quos Dioneos dixit ab se primum detectos, altero "membranaceo Vaticano 136, autographo paene et correctissimo", altero "Palatino-Vaticano chartaceo 275, posterioris aevi". excerptas inde lectiones ut minus certas a certis seiungendas esse duximus.

p. 5 v. 9. *πάστις* etiam Palat. et Vatic.

p. 10 v. 16. *ποπουλαρία κέκληται ἡ δημοτικὴ ἀγωγή*] *actio popularis*, vox iurisconsultorum. Glossae Basilic. *ποπουλαρία, δημοτική· πόπουλος, ὁ δῆμος*. sunt autem *actiones populares, quae suum ius populo tuentur*, ut ait Paulus in l. 1 D. de populari act. Duc.

p. 10 v. 18. *βουλευτάς, πατρικίους ὀνομάσας αὐτούς*] Livius aliter: *patres certe ab honore, patriciique progenies eorum appellati*. W.

p. 11 v. 10. *νομίζοντας πολίτας αὐτοὺς* Vatic.

p. 12 v. 14. *τοῖς ἐν αὐτῇ* Vatic.

p. 12 v. 18. *στρατηγὸν τὸν τάτιον* etiam Vatic.

p. 14 v. 9. *ἐκ τῶν*] *καὶ ἐκ* Vatic.

p. 14 v. 15. *ἃ ἐπήγοντο χρήματα ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ ἐπεχείρουν* Vatic.

p. 14 v. 17. *κολάζεσθαι* etiam Vatic., et mox *ἐψηφίσατο*.

p. 15 v. 1. *τοὺς δὲ σαβίνους ὁ φόνος τοῦ σφῶν ἄρχοντος οὐκ ἐτάραξε* Vatic.

p. 15 v. 2. *πρὸς τὸν ῥωμύλον* Vatic.

p. 15 v. 13. *οὐῆροι* etiam Vatic.

p. 15 v. 15. *εἰς ὁμηρείαν*] *ὁμήρους* Vatic.

p. 15 v. 21. *ἠμπίσχετο*] *ἐφόρει* Vatic.

p. 16 v. 2. προσηγόρευον Vatic.
p. 16 v. 4. κελευσθῶσιν ἄν Vatic.
p. 16 v. 11. ἦν ἐν αὐτοῖς Vatic.
p. 16 v. 12. εἶτα σιγῇ ῥωμύλου προστάττοντος ἠκροῶντο Vatic.
p. 16 v. 14. μαθεῖν etiam Vatic.
p. 16 v. 14. τῶν λοιπῶν om Vatic.
p. 16 v. 16. γενομένου τοῦ ῥωμύλου Vátic.
p. 17 v. 6. ὡς om Vatic.
p. 17 v. 15. ἡμᾶς μετ' ἀνθρώπων γενέσθαι χρόνον etiam Vatic.
p. 17 v. 19. τὸν τρόπον τοῦ λέγοντος καὶ τὸν ὅρκον Vatic.
p. 20 v. 16. τε etiam Vatic.
p. 20 v. 19. κατέλυσε σύστημα, οὗς ῥωμύλος εἶχε ἀεὶ περὶ τὸ σῶμα Vatic.
p. 21 v. 14. ὥστε] ὥστε καὶ Vatic.
p. 21 v. 15. θύοντι om Vatic.
p. 21 v. 20. ποιεῖν Vatic.
p. 21 v. 21. φευρουάριον Vatic.
p. 22 v. 6. ἀριθμὸν τιθέμενοι Vatic.
p. 22 v. 15. ἔχθρα τις ἢ φθόνος etiam Vatic.
p. 23 v. 12. παρεχώρουν etiam Vatic.
p. 24 v. 7. καὶ om Vatic.
p. 24 v. 9. ἐς δὲ δῆμον ἔκκλιτον Vatic.
p. 25 v. 4. μεταβάλλεσθαι Vatic.
p. 25 v. 12. ὧν καὶ μίαν Vatic.
p. 25 v. 14. ἑταίρους Vatic.
p. 26 v. 10. ὁ Λούκιος Vatic.
p. 27 v. 13. τῶν βουλευτῶν μετῆλθε τοὺς δυνατωτάτους, καὶ τοὺς ὀρφανοὺς πόρρω ποι ὡς εἰς θήρας προπέμψας Vatic.
p. 27 v. 23. τοὺς etiam Vatic.
p. 28 v. 1. τοὺς om Vatic.
p. 28 v. 10. τοῦτον ὁ Ταρκυίνιος ὀργισθεὶς διὰ τὴν ἐναντίωσιν ὕβρισαι καὶ τὴν τέχνην ἐξουθενῆσαι διεμελέτησεν Vatic.
p. 28 v. 15. ὁ Ἄττος Vatic.
p. 28 v. 17. ἀπόκριναί μοι etiam Vatic.
p. 28 v. 21. εὐθὺς αὐτὴν Vatic.
p. 29 v. 2. συμβούλῳ τῷ Ἄττῳ etiam Vatic.
p. 29 v. 4. ὑπὸ] καὶ ὑπὸ Vatic.
p. 32 v. 11. τὸ γράμμα δὲ ῥῶ etc.] scribit Zonaras, ex Dione, patricios Romanos, quo a caetera plebe dignoscerentur,
P 16 calceos corrigiarum implexione, et forma litterae ῥῶ insignitos induisse: quae quidem, inquit, centenarium numerum significaret: totidem enim erant patricii: vel quod sit prima littera Romani nominis. quae quidem minime hic cohaerent. nam patriciorum lunati erant, quos vocabant, calcei, quibus scilicet assuta erat

lunula, quod pridem docuere Rosinus, Dempsterus, Salmasius ad Pollionem et ad Inscriptionem Herodis, Benedictus Balduinus in Calceo antiquo, et alii criticorum filii. quae quidem lunula formam refert characteris Latini C, quo centenarius numerus effingi solet, ita ut patriciorum centenarium numerum in calceis adumbrare potuerit. at quod Zonaras de littera ῥὼ hic commentatur, prorsus absurdum est, quod alii notarunt, cum nusquam ρ littera Graeca calceis patriciorum adficta fuerit, neque primum vocis Romae elementum rettulerit. unde jure idem Balduinus cap. 9, quod hic de littera ρ habetur, superfluum glossema et a quodam graeculo in textum Zonarae immissum esse arbitratur: nisi ipsemet Zonaras, non intellecto quem exscribebat Dione, erraverit; quod licet existimare, cum id ipsum praeferant codices omnes mss. scripserat nempe Dio litteram C in patriciorum calceis centenarium effingere (quod scribit Isidorus lib. 19 cap. 14), addideratque idem valere quod ῥὼ apud Graecos; quemadmodum Ioannes Gazensis in libro *Περὶ ἀρχαιολογίας* ait Numam regem *ἐν τοῖς ὑποδήμασι Ῥωμαίων τῶν πατρικίων τυποῦσθαι τὸ Ῥωμαϊκὸν κάππα, ὃ παρὰ τοῖς Ἕλλησίν ἐστι ῥὼ* etc. nam Romanum *κάππα* est C Latinum, eundemque numerum refert quod ρ apud Graecos. cod. reg. 2431 fol. 212 *περὶ τοῦ ἀξιώματος τοῦ ἐπάρχου. ὁ ἔπαρχος παρὰ Ῥωμαίοις καὶ ἱερεὺς ἦν καὶ πρῶτος τῆς βουλῆς. ἐπεὶ οὖν βουλευταὶ ἦσαν ἑκατόν, οὗτος δὲ ὁ ἀριθμὸς διὰ τοῦ κάππα τοῦ Ῥωμαϊκοῦ χαρακτηρίζεται, τούτου χάριν τὸ κάππα σχῆμα φέρει αὐτῶν ὑπόδημα· ἐξ οὗ ὀνομάζεται καππάγιον· οἷον οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος τῶν ἑκατὸν τῆς βουλῆς.* adde Suidam in v. *χλαμύς*. Duc.

p. 36 v. 17. *κωδύας*] vide Henric. Valesium ad Harpocrationem pag. 301, ubi de hac voce. Duc.

p. 48 v. 21. *Ποστούμιος Τούβερτος*] ita duo codd. Reg. et Colb. Duc. Livius lib. 2 [c. 16] M. Valerio P. Posthumium adiungit. W.

p. 55 v. 9. *ἵν' εἶεν αὐτοῖς κατὰ συμμορίαν βοηθοί*] ut singulae classes suos patronos haberent, sequitur numerum tribunorum ad decem esse auctum: classes autem a Servio Tullio institutae fuerunt sex. W.

p. 62 v. 10. *στρατηγὸν ἕτερον*] sic reposuimus ex duobus Regiis mss, ubi Wolfius, alter Reg. et Colbert. *τὸ τρίτον τὸν Μάλιον εἵλετο*. ubi obiter observandum, apud Zonaram, cum de rebus Romanis agit, *consules* ut hoc loco *στρατηγοὺς* appellari, et *στρατηγῆσαι* pro *consulatum inire* usurpari. quod ex hisce verbis in hac sectione descriptis vel colligitur *ἄμφω τοὺς ὑπάτους ἢ στρατηγούς* [p. 61 v. 19]. consules enim postmodum dici coepere qui antea praetores vocabantur, ut ex Dione n. 19 [p. 69 v. 14] scribit Zonaras *τότε γὰρ λέγεται πρῶτον ὑπάτους αὐτοὺς προσαγορευθῆναι, στρατηγοὺς καλουμένους πρότερον*. Duc. idem Livius docet.

p. 64 v. 11. *εἰς τοῦτο ὑπὸ τῶν εὐπατριδῶν προήχθη ὁ ὅμιλος*] suspecta lectio. W. — immo genuina sunt Dionis verba.

P 17 p. 65 v. 2. *οἷοι νῦν πολλοὶ περὶ τὰ βασίλεια*] nobilium palatinorum suae aetatis mores hic carpit Zonaras, qui capillos nutriebant et cincinnati haberi volebant, cum caeteri e Graecis capillos raderent. Duc.

p. 67 v. 16. *Λούκιόν τινα Σίκιον*] hinc emendandus Ammianus Marcellinus lib. 25, qui *Sicinium* vocat: *Sicinium Dentatum adiiciat, ornatum militarium multitudine coronarum. Siccium* etiam vocat Dionysius Halicarnasseus. Duc.

p. 70 v. 9. *τῷ δ' ἐξῆς ἔτει*] epitomatoris hic oscitantiam nota Zonarae. dixerat equidem ista Dio, sed quos ipse praeterit duos annos, ille scripserat. Falconius.

p. 74 v. 4. *μεγάλην πόλιν*] quae Bolae Livio 4 49.

p. 76 v. 19. *Ἡ δὲ τῶν ἐπινικίων πομπή*] cf. p. 618 v. 19.

p. 76 v. 22. *δρομοκήρυξι*] *tabellariis*, qua voce rursum utitur infra lib. 9 sect. 8 [p. 222 v. 7]. vide Henricum Valesium ad Harpocration. 272. Duc. *δρομοκήρυκες οἱ ἀγγελιαφόροι παρὰ Δίωνι* Suidas. eo minus dubium est, Dioneis verbis triumphum describi.

p. 78 v. 7. *παῖδας ἢ συγγενεῖς*] Vide Henric. Valesium ad Nicolai Damasceni Excerpta pag. 71. Duc.

p. 78 v. 16. *καὶ κώδων*] Vide Henricum Valesium ad Harpocrationem. Duc.

p. 98 v. 6. *Τιβέριος*] T. Veturius.

p. 103 v. 14. *πόλισμα* quod hic scribit Zonaras, Aquilonia dicitur Livio. Falconius.

p. 105 v. 11 sq.] Dionis verba supplevit Niebuhrius, Kl. histor. und philol. Schriften II p. 251.

p. 106 v. 12. *κηλιδῶσαι*] vide Gloss. med. Lat. in *Cenitus*. Duc.

p. 113 v. 21. *κατηλόων*] ita Regii quattuor [?] et Colberteus. alius apud Wolfium *κατηλώφουν*. vide Henricum Valesium ad Harpocrationem pag. 232, ubi de hac voce. Duc.

p. 114 v. 4. *πόλιν τινά*] Venusiam. Niebuhrii Hist. Rom. T. 3 p. 558.

p. 123 v. 2. *Κρανιτά*] Cornetanos montes vel Corneos sine auctore non ausus fui dicere. W. — hos esse montes prope Tibur putat Ortelius, quos Dionysius Halicarnasseus lib. 1 *corniclos* seu *corniculos* vocat; de quibus sat multa habet Cluverius lib 2 Italiae antiquae p. 661, qui de *Cranitis* Zonarae siluit. Duc.

p. 125 v. 2. *δοὺς αὐτῷ* [*αὐτοῖς*] *δίφρον* etc.] huc spectant ista Marcellini lib. 23 extr. *nam quod supersedere solio damnati ob iniquitatem iudicis alius cogebatur, aut finxit vetustas, aut olim consuetudo cessavit.* Duc.

p. 127 v. 8. *ὁμολογίᾳ προσεδήσαντο, pactione obstrinxerunt*

vel *ad deditionem compulerunt.* alter codex [B] habet *ὁμολογίᾳ διεκρούσαντο, pactione eluserunt.* ego malim *προσεκτήσαντο,* ut et Polyb. lib. 1. W. — Regii et Colberteus *διεκρούσαντο.* Duc.

p. 129 v. 3. *ἐπὶ μεῖζον αἰρόμενοι*] sic ms: Dionis excerpta *διαιρούμενοι.* sed Valesius Zonarae lectionem magis probat. Duc.

p. 156 v. 17. *ἃ πυθόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι*] vide Excerpta ex P 18
Diodoro Siculo p. 274 276. Duc.

p. 165 v. 5. *Σαρδὼ*] *Σαρδόνιοι* mss Reg. et Colberteus: at Wolfius legendum censebat *Σαρδὼ.* neque enim, inquit, Sardi a Carthaginensibus pecuniam extorserunt, sed Romani et pecuniam et ipsam Sardiniam. Duc.

p. 169 v. 19. *Σαρδιαίων*] ita mss Reg. et Colberteus. at Henricus Valesius ad Dionis Excerpta *Ἀρδιαίων* legendum observat, ex Strabone lib. 7, Appiano in Illyrico, et Stephano. Duc.

p. 171 v. 5. *Αἵμου ποταμοῦ*]. sic tres mss Regii. asteriscum apposuit Wolfius, quod fluvius huiusce nominis non occurrat apud geographos. cum vero dicat Zonaras, Illyricum intra Haemum fluvium et Istrum usque ad Pontum Euxinum contineri, videtur intellexisse aut Dravum aut Savum fluvios. Duc. leg. *Αἴνου.*

p. 174 v. 13. *ἐπ' Ἴστρου*] ita mss codices: sed *ἐπ' Ἴστροις* reponendum ex Eutropio lib. 3 et aliis observat Henricus Valesius ad Ioannem Antiochenum, qui *Ἰστριανοῖς* habet. ita Dio lib. 33 p. 64 *ἡττήθη (πρὸς) τῇ τῶν Ἰστριανῶν πόλει πρὸς τῶν Σκυθῶν τῶν Βασταρνῶν:* ubi interpres *ad Istrorum urbem.* Duc.

p. 208 v. 6. *ὅθεν ἡ γερουσία*] Ammianus lib. 14 "*et dotatur ex aerario filia Scipionis, cum nobilitas florem adultae virginis, diuturnam absentiam erubesceret patris.*" vide Valerium Maximum lib. 4 cap. 4. id hausit a Dione Zonaras quod siluit Titus Livius. Duc.

p. 230 v. 6. *τὸν Ἰνδίβιλιν*] ita Livio, quem *Ἀνδοβάλη* Polybius. Duc.

p. 238 v. 8. *Σοφωνίς*] ita mss, quam *Σοφόνβα* Excerpta Diodori Siculi p. 289, alii *Sophonisbam* vocant. Duc. *Σοφόνισβα* est apud Valesium p. 289, *Σοφόνβα* in eiusdem notis p. 46.

p. 245 v. 9. *Ἀφρικὴ γὰρ*] Eunapius in Maximo *καί τις τῶν ἐκ Λιβύης, ἣν Ἀφρικὴν καλοῦσι Ῥωμαῖοι κατὰ τὸ πάτριον τῆς γλώττης.* Duc.

p. 257 v. 14. *μέχρις οὗ*] deesse versus aliquot apparet, in quibus de Carthaginensium et Masinissae controversiis actum est. W. Sensus est integer; atque ita etiam mss omnes praeferunt. Duc.

p. 270 v. 13. *Πύδνης*] in ms Reg. scholii vice additur P 19
Πύδνα, τὸ νῦν Κίτρος. Duc.

p. 278 v. 9. *Ὁ δὲ τῆς Αἰγύπτου κρατῶν*] vide Henric. Valesium ad Diodori Siculi excerpta p. 50. Duc.

p. 285 v. 19. *Μασανάβου*] ita reposuimus ex Reg. et Col-

bert., quomodo appellatur ab Appiano. Wolfius *Μαστανάμου* ediderat: quem errorem viderat Henricus Valesius ad Polybii excerpta. Duc.

p. 289 v. 9. *Ἵππωνα*] quam *ἱππακρίτας* Polybius vocat. vide Henr. Valesium ad Diodori Siculi excerpta p. 45. Duc.

p. 291 v. 6. malim *ὀλίγους ὄντας, καθ' ἑκάστους τρέπων.* W. — *ὀλίγους καθ' ἑκάστους ὄντας* mss. Duc.

p. 296 v. 12. *πατρὸς*] vide notata ab Henrico Valesio ad excerpta Polybii p. 32. Duc.

p. 297 v. 9. *Τὰ μὲν οὖν μέχρι τοῦδε πεπραγμένα Ῥωμαίοις*] omissa est historia belli Lusitanici contra Viriatum gesti; item Numantinum, Asiaticum contra Aristonicum, praeterea Allobrogicum, Thracicum; ad haec Iugurthinum in Africa, in Italia Galliaque Cimbricum, Teutonicum Tigurinumque. deest etiam descriptio tumultuum intestinorum qui ab istis temporibus Romam labefactaverunt, ut seditio Tiberii Gracchi ac post eam Caii fratris, deinde Apuleii Saturnini; tum bellum Romanorum adversus socios qui defectionem per Italiam fecerant; bellum contra servos, contra Spartacum; ac postremo Marii et Syllae civilia bella, atque alia annis circiter sexaginta gesta. W.

p. 298 v. 8. *Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν*] addit cod. Reg. 605 [nunc 1768] *ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ μοι προϊστόρηται, βασιλεῦσιν* etc. alii *ὡς ἱστόρηται* tantum praeferunt, ut Wolfiana editio. hic porro initium ducit pars altera Annalium Zonarae, ut in Praefatione monuimus. Duc.

p. 300 v. 9. *τὴν γαμετὴν*] Antistiam.

p. 303 v. 8. *δυσὶ στρατηγοῖς*] Herennio et Perpennae.

p. 304 v. 8. *παρῃτήσατο δὲ καὶ τὴν στρατηγίαν*] utrum consulatum an imperium? W. — Wolfius *imperium* vèrterat: reposuimus *consulatum*, ex iis quae observavimus ad lib. 7 n. 17. Duc. immo est imperatoria dignitas.

p. 311 v. 2. *τοὺς περὶ Ἀμανὸν Ἄραβας*] ita mss Reg. et Colb., ubi Wolfius "*quid si Ἴβηρας legendum: nam Arabes Amani accolas ego nullos scio.*" Duc. Plutarchus *Ἄραβας*.

p. 312 v. 21. *κατοικίαι δὲ πόλεων*] sic mss codd, id est *urbium coloniae:* Wolfius *πολεμίων* legendum censebat. Duc.

p. 313 v. 1. *μιᾶς δέουσαι τεσσαράκοντα*] emendandus est numerus in Appiani Mithridat. c. 117, ubi fortasse *δέκα* pro *δὲ καὶ* legendum.

p. 315 v. 16. *εἰπόντος δέ τινος*] Considium appellat Plutarchus in vita Iulii Caesaris c. 14.

p. 318 v. 22. *ἐλλογίμους*] ita mss. Wolfius ediderat *ἐλλογισμούς*, manifesto errore. Duc.

p. 322 v. 23. *κροτούμενον*] lacunam Coraës et Schaeferus indicarunt: sed patet integra esse Plutarchi verba.

p. 326 v. 9. *μολῇ*] ita mss omnes, quam vocem omiserat Wolfius. Duc.

p. 327 v. 17. *προσφέροντα*] *Θεόδοτον.*

p. 330 v. 5. *καὶ γὰρ σύ μοι τῆς σωτηρίας ἐφθόνησας*] plerique interpretantur *tu mihi salutem tuam invidisti.* sed cum Plutarchus scribat obscurum fuisse cur Caesar Catonis interitum doluerit, et *ἐφθόνησάς μοι τῆς σωτηρίας* etiam intelligi possit, P20 Catonem non dignitatem tantum sed salutem etiam Caesaris oppugnasse (neque enim additur *τῆς σωτηρίας σου*, et *ἐμαυτοῦ* aeque subintelligi potest, ne sententia quidem repugnante), malui particulam *tuam* omittere, ut in Latino etiam sermone ambigua esset sententia, utrum Caesar clementiae laudem ex conservatione Catonis captare, an vero suam in eo explere iracundiam voluerit, si eum in potestatem redegisset. W.

p. 332 v. 14. *καὶ τοῦτον ὅις γεγονότος ἡ πεῖρα ἐξηλέγχετο*] converti *ita bis populi animos expertus surrexit.* sed *τὸ τὴν πεῖραν ἐξελέγχεσθαι* intelligi potest, vel animadversum esse, Caesarem periclitari voluisse populum, utrum aequis animis regium ornatum laturus esset; vel, Caesarem animadvertisse, conatum suum esse irritum, populo a regia pompa abhorrente. W.

p. 336 v. 1. *τὴν τύχην αὐτοῦ ὀμνύναι*] *per Fortunam* Caesaris, Wolfius vertit: melius forte *per genium*, de qua formula consulendus prae caeteris Io. Bapt. Hansenius in lib. de Iureiurando cap. 15. Duc.

p. 336 v. 2. *διά τε αὐτὸν Ἰούλιον*] sic mss: Wolfius legendum censet, *διά τε αὐτὸν τὸν Κουϊντίλιον τὸν μῆνα Ἰούλιον προσηγόρευσαν*, atque ita vertit. Duc. leg. *Δία τε.*

p. 340 v. 8. *παρὰ τοῦ Διὸς μαστιζόμενον*] sic mss: ubi Wolfius "*Suetonius puerum facie liberali demissum caelo catena aurea ad fores Capitolii constitisse, eique Iovem flagellum tradidisse. hinc suspicor legendum non μαστιζόμενον, sed μάστιγα ἐγχειριζόμενον: nisi forte μαστίζειν id ei significet.*" Duc.

p. 340 v. 23. pro *δημαρχῆσαι μὲν ἐπεχείρησεν* videtur legendum *δημηγορῆσαι.* sequitur enim *εἰς τὸν δῆμον εἰσαχθεὶς ἐδημηγόρησέ τε* etc. quare pro his verbis *tribunatum ambire non destitit,* "urbem ingressus concionem ad populum habere instituit, neque destitit quamvis ab Antonio prohiberetur, sed tribuno sibi conciliato" etc. reponas licet. W. — *δημαρχῆσαι* mss. Duc.

p. 353 v. 23. *καίτοι τῆς ἀρχῆς ὕστερον ὑπὸ τοῦ Καίσαρος στερηθείς*] *supra commemoravit Sextum Pompeium a Caesare consule proscriptum esse. aut igitur πρότερον legendum pro ὕστερον, aut scriptori danda venia τῆς ἀταξίας, quam aliquando varietatis et attentionis causa affectant.* W. — idem porro repetit infra n. 21 *ὁ γὰρ Σέξτος τῆς ἀρχῆς, ἧς εἶχεν, ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πρώην παραλυθεὶς* etc. Duc.

p. 354 v. 17. *χρηστὴν*] ita codd mss: non desunt tamen

qui χρυσῆν reponendum putant. Zonaras ait Commodum praecepisse τὸν αἰῶνα τὸν κατ' αὐτὸν ἀπ' αὐτοῦ χρυσοῦν ὀνομάζεσθαι. Duc.

p. 358 v. 14. Ξάνθον] vide praeter Dionem lib. 47 et alios Romanae historiae scriptores, Philonem in lib. ὅτι πᾶς σπουδαῖος etc. p. 605 edit. Turnebi. Duc.

P 21 p. 364 v. 10. καὶ πατρόθεν] ita apud nostros in clamore militari copiarum duces nomen suum inclamare solitos docuimus in Dissertat. ad Ioinvillam. Duc.

p. 365 v. 9. ὦ τλᾶμον] hos versus paulo aliter citat Dion editus lib. 47 extr. vide Plutarchum de Superstitione, sub initium. Duc.

p. 394 v. 8. τοὺς δὲ νῦν βασιλεῖς Ῥωμαίων] hic porro carpit Zonaras imperatores et Graecos sui aevi, qui dimisso patrio vestitu, barbarico seu extraneo uti amabant. scribit Nicephorus Gregoras lib. 2 Ioannem Vatatzem imp., cum videret Romanas divitias in peregrinas et sumptuosas vestes, Sericas Assyrias Babylonias atque Italicas, vario ac sollerti artificio confectas effundi, edicto sanxisse ne quis subditorum iis uteretur, sed iis contenti essent quas Romanae provinciae praeberent. idem lib. 11 extr. eum etiam morem invaluisse tradit sub Andronico Palaeologo iuniore, ut omnes simul et adolescentes et senes pileis uterentur, non minus in palatio quam in agris, iisque ad libitum multiformibus et peregrinis; cum Latinis alii, alii Mysiis et Triballicis, alii Syriis et Phoeniciis uterentur; atque id denique in vestibus observasse, adeo ut prudentiores novitatem aliquam et imperii destructionem, sed et institutorum finem ac morum inde male ominarentur. Duc.

p. 412 v. 7. ἐθελογνωμονῶν] desideratur in lexicis.

p. 419 v. 12. ἀναγνῶναι] huc referri potest qui apud nostros adhuc obtinet mos, quo regum edicta, priusquam vim habeant, ad senatum parlamentarium mitti solent, ut probentur ac deinde in acta referantur: quod si quidpiam in iis occurrat cui sententiam suam non accommodet, de eo princeps admonetur ac rogatur. Duc.

p. 421 v. 12. ἵλαρχόν τε φυλῆς] *praefectum tribus* vertit Wolfius: *sevirum turmis equitum* vertere debuisse contendit Valesius ad Excerpta Dionis, ex Capitolino in Marco: *consulem secum Pius Marcum designavit, et Caesaris appellatione donavit, et sevirum turmis equitum Romanorum iam consulem designatum creavit.* ubi, inquit, sevir nomen officii videtur fuisse, cui et ludorum seviralium cura competebat, teste eodem Capitolino. Duc.

p. 435 v. 3. Ἀγριππῖναν] accentus, qui auctoris saeculo conveniunt, immutare noluimus. *Μεσσαλῖνα Φαυστῖνα, Ἀὐγούστα*

Λουκούστα, Τουρκουάτος Κικινάτος, Κάρος et id genus alia libri omnes habent Zonarae aetati suppares.

p. 441 v. 1. *καί τινα*] Cremutium Cordum.

p. 454 v. 19. *ἑνὸς δὲ τῶν κτεινομένων*] Dio lib. 59 c. 25 *Βετιλλῖνον δὲ Κάσσιον ἀποσφαγῆναι κελεύσας καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Καπίτωνα παρεῖναι φονευομένῳ αὐτῷ κατηνάγκασε.* in Excerptis Vaticanis *Βάσσος* ille appellatur, ut apud Senecam.

p. 456 v. 11. *κρατῆρα καὶ θύρσον φέρειν*] cum Dionysium seu Bacchum se diceret. Eustathius II 1 *ἔτι δὲ καὶ τὴν (ἀπόνοιαν) τοῦ αὐτοκράτορος Γαΐου τοῦ καὶ Καλλιγόλα φασὶ προσαγορευθέντος διὰ τὸ ἐν στρατοπέδῳ γεννηθῆναι· οὗτος μὲν γὰρ ὑπερφρονήσας ὡς εἰκὸς ἐπὶ κάλλει νέος τε Διονύσιος ἐκαλεῖτο καὶ Διονυσιακὴν πᾶσαν ἐνδύνων στολὴν ἐδίκαζεν.* Duc.

p. 457 v. 15. *εἰς οἰκεῖον ἱερὸν*] quod hausit Zonaras a Philone in Legat. ad Gaium p. 731 edit. Turnebi: *τὸν δὲ ἐν τῇ ἱεροπόλει νεών, ὃς λοιπὸς ἦν ἄψαυστος, ἀσυλίας ἠξιωμένος τῆς πάσης, μεθηρμόζετο καὶ μετεσχημάτιζεν εἰς οἰκεῖον ἱερόν, ἵνα Διὸς ἐπιφανοῦς νέου χρηματίζῃ Γαΐου.* quippe *ἱερόπολιν* Hierusalem vocat in lib. contra Flaccum p. 667, et in lib. *περὶ ὀνείρων* ait *θεοῦ πόλιν* ab Hebraeis appellari. Duc. — immo Zonaras auctorem secutus est Eusebium (Hist. eccl. 2, 6), Eusebius Philonem.

p. 458 v. 3. *Εὐσέβιος*] vide quae de morte Pilati scribit Ioannes Antiochenus p. 809, et commentarium apocryphum qui de eiusdem morte inscribitur in codice Colberteo, in aliis S. Ioannis theologi falso nomen praefert. Duc.

p. 460 v. 8. *Λιβίας*] recte quidem: nam Tiberii Claudii Neronis uxor fuit Livia Drusilla. verum mss omnes Regii et Col- P 22
berteus ut et infra p. 185 et 190 *Ἰουλίαν* perperam praeferunt: nec scio an ex ingenio Wolfius *Λιβίας* reposuerit: certe eundem errorem errat Constantinus Manasses [v. 1788 1789]:

γυνή τις ἐπαφρόδιτος συνέζευκτο γαμέτῃ·
Νέρων ἐκείνης ἦν ἀνήρ, ἐκείνη δὲ Ἰουλία. Duc.

nostri codices *λιβίας* habent.

p. 463 v. 15. *καισάρειοι*] caesariani etiam deinceps saepius appellantur aulici proceres sive liberti sive alii. W.

p. 466 v. 21. *δούλους νοσοῦντας*] vide Gloss. med. Lat. in v. *Manumissio*, sub finem. Duc.

p. 467 v. 9. *ἐγχειρίδιον παρεξώννυτο*] ambiguum utrum pugillares an pugio sit intelligendus. W.

p. 470 v. 10. *καὶ τὸν Σωσίβιον*] ita reposuimus ex mss Reg. et Colb., ubi Wolfius *σωσίκιον* perperam: nam *Sosibium* vocant etiam Tacitus lib. 11 et Dio in Excerptis Valesianis p. 678. Duc.

p. 478 v. 8. *περιοδονίκης*] perihodon vicisse dicitur qui Pythia Isthmia Nemea Olympia vicit. Festus.

p. 479 v. 12. *Οὐΐνδιξ*] qui *Βίνδιξ* Dioni lib. 63 p. 725. Duc.

p. 480 v. 18. *στρατόπεδον*] *stationem militum* vocat Sue-

tonius, scilicet praetorianorum, qui circa palatium imperatoris excubabant. ita infra hanc vocem usurpat in Pertinace et alibi. vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. Duc.

p. 481 v. 12. *προσιόντας αὐτοὺς αἰσθόμενος*] ita etiam Dio: Sylburgius apud utrumque *προϊόντας* legendum censet. ibid. *καὶ σφᾶς* absunt a Dione. Duc.

p. 481 v. 17. *εἰπών ¨ὦ Ζεῦ*] iambus erit, ait Sylburgius, si legamus *ὦ Ζεῦ θεοί θ' οἷος τεχνίτης ὄλλυμαι.* sed apud Suetonium absque metro est. Duc.

p. 485 v. 13. *ἱππεύς*] Dio seu Xiphilinus *ἱππεύς τε,* ubi Sylburgius emendat *ἱππεύς τις.* Duc.

p. 487 v. 16. *εἷς τις*] Vibius Crispus.

p. 488 v. 1. *χιλίας*] hoc loco me Vilhelmus Xylander, iuvenis ingenio et doctrina praestans, admonuit, in posterioribus numeris *τὸ μυριάδας* repetendum, et pro *χιλίας* legendum *δισχιλίας*, ut ea summa confletur quam Tacitus ponit. W. — *χιλίας* mss Regii et Colberteus. Duc.

p. 489 v. 22. *ἰθύνοντι*] *Τιβερίῳ Ἀλεξάνδρῳ* Josephus.

p. 492 v. 3. *Κελτὸς*] ita duo mss Regii et Colberteus. at interpres in altero ex iis quibus usus est codice [B] *Κελετὸς* legi monet, quasi esset nomen proprium non nationis sed viri. Duc.

p. 494 v. 19. *πλὴν τοῦ Μουσωνίου*] vide Scaligerum ad Eusebium pag. 201, 2. edit. Duc.

p. 496 v. 9. *δοθέντα*] Xiphilinus seu Dio inde emendandus, qui *βεβαιωθέντα* habet, ex Suetonio: *beneficia a superioribus concessa principibus* etc. Duc.

p. 496 v. 21. *ὄρος τὸ Βέσβιον*] ita Dioni appellatur: Constantino lib. 2 de Themat. cap. 11 *Οὐεσούβιος.* Duc.

p. 498 v. 12. *Ἀνεγκλήτῳ*] ita etiam tres mss: quem nostri vulgo Anacletum vocant, quasi istius pontificis Romani nomen affectatione quadam efferendum crediderit Zonaras. sic porro scriptos Eusebii codices praeferre monet Henr. Valesius ad lib. 3 cap. 13. Duc.

p. 499 v. 15. pro *τῇ ἀδελφῇ Ἰουλίᾳ alter codex* [B] *habet ἀδελφιδῇ, fratris filia: et sic legendum esse ex Suetonio constat.* W. — ita etiam legitur in Regiis et Colberteo. Duc.

p. 500 v. 21. *Ναασαμῶνας*] vide Scaligerum ad Eusebium pag. 203, 2. edit. Duc.

p. 501 v. 13. *σοφιστήν τινα*] Curiatium Maternum.

p. 506 v. 22. *ἀδελφιδῆν*] vide Cujacium lib. 8 Observ. cap. 28. Duc.

p. 510 v. 7. *Ῥωμαίοις ὑπήκοος γέγονε*] addit Lactantius in lib. de mortibus persecutorum n. 23, Trajanum *Dacis assidue rebellantibus censum poenae gratia victorem imposuisse.* Duc.

p. 510 v. 9. *ποταμὸν*] Xiphilinus *τὸν ποταμὸν τὸν Σαργετίαν.*

p. 510 v. 19. *εἷς δέ τις ἑταῖρος*] *Βίκιλις* Xiphilinus.

p. 513 v. 13. *Σελινοῦντα*] vide Cujacium lib. 27 Observ. cap. 3. Duc.

p. 515 v. 1. *Τατιανὸς*] corrupte apud Xiphilinum *Ἀττιανός*. *Tacianus* apud Vopiscum, tametsi id nominis varie efferri in codd mss observet Casaubonus. Duc.

p. 515 v. 3. *προσγενῆ*] Adrianum consobrinum Traiani fuisse p 23
scribit Spartianus. Duc.

p. 515 v. 16. *ταῖς δὲ σῖτον καὶ ἔργα καὶ χρήματα καὶ τιμὰς δούς*] Wolfius *ἔργα munera* vertit: malim *opera*, ut publica intelligantur, quae civitatum utilitati construenda curabat Traianus. Duc.

p. 516 v. 9. *συνδικάζουσι*] ita mss codd: et recte: neque enim video cur vocem asterisco notarit interpres; quippe *συνδικάζειν* dicebantur duo consules qui una iudiciis praeerant, quibus intererat Adrianus. Duc.

p. 516 v. 14. *τοῖς ὄφλουσι*] Spartianus: *ad colligendam autem gratiam nihil praetermittens, infinitam pecuniam quae fisco debebatur privatis debitoribus — remisit.* id porro tum actum innuit Zonaras, cum Romam venit: quod hausit ex Dione. Duc.

p. 517 v. 9. *Ἀδριανοῦ θήρας*] Spartianus: *oppidum Adrianotheras in quodam loco, quod illic et feliciter esset venatus et ursam occidisset aliquando, constituit.* Duc.

p. 517 v. 10. *Πομπηΐου*] de Pompeii M. tumulo vide Salmasium ad Spartianum in Adriano. Duc.

p. 519 v. 11. *Σευηριανὸν*] *Servianum sororis virum nonagesimum iam annum agentem, ne sibi superviveret, mori coegit. quasi* scilicet *affectatorem imperii,* uti narrat Spartianus. Duc.

p. 520 v. 3. *Σίμιλις*] *Σίμιλος* Symeoni Logothetae in Chromico ms et Cedreno, qui Latinis *Similis.* Duc.

p. 520 v. 9. *καὶ τάξει*] alter codex non habet. ordinem autem sive dignitatem militarem hic significari arbitror: quae cum in praefecto praetorio summa fuerit, redundare puto hoc additamentum. W. — *ἡλικίᾳ καὶ τάξει:* ita Reg. et Colb. Duc. — et Dio.

p. 520 v. 15. *βιοὺς μὲν ἔτη τόσα*] vide Gloss. med. Graecit. in *τόσος*. Duc.

p. 521 v. 7. *Ἄννινον Βῆρον*] ita etiam Xiphilinus; sed legendum *Ἄννιον* censet Sylburgius, quem consule p. 992. Duc.

p. 524 v. 12. *ἐν ἀπορίᾳ . . . ἀργυρίων*] ita reposuimus ex codd. Reg. et Colb., cum Wolfius *ἀργυρίου* edidisset, qui ita ex ingenio emendavit, ut et infra pro *ἀθροίσας ἀργύρια, ἀργύριον* reponendum censet. certe infra in Didio Iuliano *ἀργύριον* numero singulari pro *pecunia* usurpat Zonaras. Duc.

p. 525 v. 8. *ναός*] eadem habet ex Dione Xiphilinus. de templo Cyziceno consulendus Leo Allatius ad Philonem de septem orbis miraculis. Duc.

p. 526 v. 13. *καὶ πρὸς τὸν εὐσεβῆ Ἀντωνῖνον*] sic etiam Eusebius lib. 4 cap. 13, sed d. Marco reponendum contendit Valesius. hunc consule. Duc.

p. 526 v. 19. *φιλοσόφου*] [nam apud Wolfium titulus *αὐτοκρατορία Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ φιλοσόφου*] ita in Zonarae ms marginibus et in Capitolini libris veteribus scribitur, tametsi, inquit Casaubonus, *philosophi* appellatio inter M. Antonini titulos nullibi occurrat, seu in veteribus inscriptionibus, seu in nummis, adeo ut recentiorum scriptorum inventum sit: licet philosophiae potissimum studium impendisse tradant scriptores. Ioannes Antiochenus *ἐπῄνει δὲ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς, καὶ ἦν ἄρα ἐκείνων μιμητής, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῶν διαιτημάτων ἐπιτήδευσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τῶν μαθημάτων σύλληψιν.* Duc.

P 24 p. 529 v. 11. *κεραυνοβόλον*] ex Xiphilino. legionis 12 fulminatricis non semel habetur mentio in veteribus inscriptionibus apud Gruterum. Duc.

p. 531 v. 7. *αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη τὸ δέκατον*] ita infra in Commodo *αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον*. toties quippe imperatores acclamabantur, quoties hostes vicerant aut certe expeditiones bellicas susceperant. Duc.

p. 533 v. 1. *ἀπέκτεινεν*] domesticas Commodi caedes diversi generis, quas separatim exposuerat Dio, unde sua hausit Zonaras, Xiphilinus in unam periodum congessit. Duc.

p. 533 v. 5. *Κλαύδιος Πομπηϊανὸς*] hunc Quintianum vocat Ammianus lib. 29 de Commodo: *adeo ut post intestina pericula multa et varia, alter in amphitheatrali cavea, cum adfuturus spectaculis introiret, a Quintiano senatore, inlicitae cupidinis homine, ad debilitatem paene pugione vulneraretur.* ita etiam hunc vocat Herodianus. at Lampridius et Xiphilinus Pompeianum cum Zonara nominant. vide Henr. Valesium ad Marcellin. Duc.

p. 534 v. 20. *βουλείας*] *senatum* vertit interpres: malim *senatorias dignitates;* atque ita reposui, quod et quae mox sequuntur satis suadent, *καί τινες πάντων ὧν εἶχον τὸ βουλευταὶ γενέσθαι ἐπρίαντο.* Duc.

p. 535 v. 13. *ἢ δαίμων ἐς ὕστερον ἐνομίσθη*] ita etiam Reg. et Colb. mss: ubi alter Wolfianus codex *ἢ δαίμων, ὡς ὕστερον ἐνομίσθη, sive dea, ut postmodum est creditum.* Duc.

p. 536 v. 10. *Ἀμαζόνιος*] ex Dione hausit Zonaras, cujus mensium Commodianorum ordinem et significationem pluribus expendit Salmasius ad Lampridium p. 119. Duc.

p. 542 v. 20. *Μεδιόλανα*] ita infra semel ac iterum, et Symeon Logotheta in Chron. ms. Dio et Xiphilinus *Μεδιόλανον. Mediolanus* apud Marium Aventicensem. Balsamon ad Can. 61 concilii Carthag. *παρὰ τῶν Μεδιολάνων.* vide Scaliger. ad Eusebium p. 233. Duc.

p. 543 v. 4. *ὅμως πολλῶν ὑπεσχημένων τοῖς στρατιώταις*

παρὰ τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐκεῖνον προετιμήσαντο] quae verba sic expressit interpres: *Iulianus, quamvis ab altero magna pecunia promissa, est praelatus.* immo horum sensus est, uti edi curavimus, multa pecunia a Iuliano militibus promissa, eundem praelatum; quod et diserte ait Dio, et ex eo Xiphilinus, a quo sua hausit Zonaras: qui scribit in hac imperii auctione ducentis in singulos milites aureis a Sulpiciano promissis, alteros quinquaginta adiecisse Iulianum. Duc.

p. 549 v. 17. ὁ μὲν γὰρ etc.] in versione hic quaedam immutavimus: Wolfius scripserat, *sed quia Albino imperatoriam maiestatem flagitanti vel Caesaris honorem negabat* etc. alius enim est sensus ex Dione: quippe cum Albino promissam Caesaris dignitatem negaret, tum is imperatorem sese appellavit. Duc.

p. 550 v. 2. ὡς ὑπὸ χορολέκτῃ] Dio ὥσπερ τις ἀκριβῶς χορὸς δεδιδαγμένος. occurrit haec vox apud Pollucem. Duc.

p. 552 v. 10. ἔθνος] Wolfius *gentem:* emendavimus *provinciam.* vide Gloss. med. Graecitat. Duc.

p. 555 v. 20. μὴ ἀμελεῖτε] ita tres mss: at omittitur negativa apud Dionem, ut sensus sit *caeteros omnes contemnite.* Duc.

p. 558 v. 18. τῶν ἑξαπλῶν] vide Henric. Valesium ad Eu- P 25
sebii Hist. lib. 6 cap. 16, ubi observat praeterea quae sequuntur ex eodem Eusebio descripsisse Zonaram. Duc.

p. 562 v. 11. τὰς ψυχὰς ἐπῳδαῖς ἀναγαγεῖν] Dio unica voce ἐψυχαγώγησε. Duc.

p. 564 v. 14. *Μαῦρος τυγχάνων ἐκ Σικελίας*] ita in quibusdam Dionis excerptis mss legi annotat Casaubonus. Xiphilinus ἀπὸ Σικελίας Καισαρείας habet. vide coniecturam eiusdem Casauboni ad Macrinum Capitolini. Duc.

p. 579 v. 8. *Πομπηϊανόν*] Maximo et Albino Publium successisse scribit auctor Chronici Alexandrini, huicque Gordianum seniorem. is autem Publius Maximus Balbinus Pupienus vocabatur, quem eundem esse cum Pompeiano Zonarae putat Casaubonus. is vero, Pompeianus Civica, consul fuit cum Gordiano secundum: cuius consulatus mentio est in veteri inscriptione nuper edita a Thoma Reinesio [Syntagm. p. 633]

Θ. K.
ΑΝΤΩΝΕΙΑ ΜΟΥΣΑ
ΚΑΙ Μ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ
ΑΛΚΜΑΝ ΦΙΛΟΣΟΦ.
ΣΤΟΙΚΟΣ ΑΝΕΘ.
Π. Τ.
ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΩ
ΓΟΡΔΙΑΝΩ ΤΕ (scrib. B)
ΚΑΙ ΠΟΜΠΗΑΝΩ
ΚΙΟΥΙΚΑ ΚΟΣ.

huius Pompeiani gentilis fuit Sextus Vetulenus Civica Pompeianus consul cum L. Caionio Commodo anno u. c. 888 [889]. Duc. M. Clodius Pupienus Maximus, quem sic nominatum fuisse nummi docent, a Graecis scriptoribus *Maximus*, a Latinis *Pupienus* appellari solet. Maximum eundem esse quem Pupienum Iulius Capitolinus sero suspicatus est, cum in vita Maximini iunioris c. 7 scripserit "nisi forte idem est Pupienus qui et Maximus" (cf. eiusdem vita Maximi et Balbini c. 18). Zonaras igitur quos modo Maximum et Albinum nuncupavit, eosdem nunc Pompeianum (i. e. Pupienum) et Balbinum appellare videtur.

p. 579 v. 13. *παρεσιώπησα καὶ αὐτός· οἱ δ' ἕτερόν τινα μεθ' ὅν*] locus hic est mutilus in tribus codicibus: quare tria illa verba *οἱ δ' ἕτερόν τινα* omisi. W. — revera desunt in codd. Reg. et Colberteo. Duc.

p. 582 v. 17. *Μάρκον*] Marci et Severi Hostiliani imperii memoria uni Zonarae debetur, ut pridem observatum a viris doctis. posteriorem *Stylianum* perperam vertit Wolfius, divulso a voce ὁ. corrupte enim *Ἰουστιλιανὸς* appellatur apud Cedrenum, qui Marci pariter meminit, sed in annis utriusque imperii mirum in modum peccat [T. I p. 451 ed. Bonn.]. Duc. de Severo Hostiliano cf. Eckhelii Doctrina numorum vol. VII pag. 351.

p. 583 v. 17. *Εὐγενίας*] vide Casaubonum ad Hist. Augustam p. 201, 2 edit. Duc.

p. 584 v. 2. *Μαρῖνος*] istius Marini praeter Zonaram meminit etiam Zosimus [p. 23 v. 4 ed. Bonn.]: cuius caeterum vix alibi mentio occurrit. Duc. de nummis Philippopoli Thraciae signatis, quibus inscriptum *ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ*, v. Eckhelii Doctr. num. vol. VII pag. 373.

p. 584 v. 23. *Φιλιππούπολιν ὀνομάσας*] vide observata a Scaligero ad Eusebium pag. 245, 2 edit. Duc.

p. 589 v. 13. *ὡς μηδὲ τὰ σώματα*] ita Victor in Epitome. Lactantius de mortibus persecut. n. 4 'de Decio "*circumventus*
P 26 *a barbaris et cum magna exercitus parte deletus, nec sepultura quidem potuit honorari, sed exutus ac nudus, ut hostem dei oportebat, pabulum feris ac volucribus jacuit.*" Duc.

p. 590 v. 12. *ἐπὶ πεντεκαίδεκα*] Nicephorus habet *πεντήκοντα*, errore librariorum, ut arbitror. W.

p. 593 v. 7. *ὡς Ἀθηναίους*] vide Scaligerum ad Eusebium p. 215. Duc.

p. 594 v. 13. *Ἀντιόχειαν*] id sub initium Gallieni Marcellinus libro 23, capto scilicet Valeriano, ante ipsam vero infelicem pugnam accidisse scribit Trebellius Pollio in triginta tyrannis. vide Henricum Valesium ad Ammiani lib. 23 p. 258. Duc.

p. 596 v. 20. *Αἰρούλοις*] ita mss codd, ut *Aeruli* in regio codice Ammiani, ut monet Henr. Valesius: quos alii *Ἐλούρους* vocant. lexicon ms *Αἴλουρος· Ἔλουρος δὲ ἔθνος, ψιλόν.* Duc.

p. 597 v. 14. *Ποστοῦμος*] ita Zosimo appellatur, Victori et Eutropio *Postumus*, Trebellio et in nummis *Postumius*. Duc. immo Postvmvs et in nummis et apud Trebellium in libris melioribus. Casauboni errorem editores Zosimi propagaverunt.

p. 598 v. 19. *παρὰ Μακρίνου*] quem, ut et filium, *Macrianum* appellat Trebellius Pollio. Duc. certe in editis: nam in mss est *Macrinus*: item in Dionis continuati excerptis, Scriptorum veterum novae coll. II p. 235 "*Μακρῖνος κόμης τῶν θησαυρῶν καὶ ἐφεστὼς τῇ ἀγορᾷ τοῦ σίτου ἐπειδὴ καὶ τὸν ἕνα πόδα ἐπεπήρωτο*" etc. et p. 239.

p. 599 v. 15. *ὑπέλαβον*] id enim signum erat defectionis et deditionis. Pacatus in Panegyr. ad Theodosium "*aliquanto melius manus illa consuluit, quae submissis precabunda vexillis petiit veniam necessitatis*" etc. vide Lucanum lib. 6, Orosium lib. 7 cap. 36, Ammianum lib. 26 etc. Duc.

p. 604 v. 2. *Κλαύδιος δὲ*] haec de Claudii iustitia verbis Petri Fabri Sanioriani lib. 1 Semestr. cap. 25 reddidimus [Claudius vero cum vir bonus iustitiaeque sectator esset, interdixit ne ultra quisquam bona aliena ab imperatore peteret. receptum id enim moribus erat, imperatores etiam aliena donare; quandoquidem idem ius rei publicae stanti per leges fuerat], cum horum sensum vix ceperit interpres, et quae salebrosa agnovit Henricus Valesius ad Dionis Excerpta p. 208. ea vero de optimo quodam auctore sumpta existimat idem Faber, et vocem *ἀλλότρια* sive *aliena* hoc loco intelligi non debere omnia quae privatus quisque iure dominii pertinet. nam quis, inquit, fando unquam audivit, ea vel peti solita esse vel ab imperatore olim donari potuisse? nisi forte quod multo ante in Asia factitasse Antonium scribit Plutarchus, id imperatoribus usu venerit. quod quidem Fabro non placet, qui pertinere edictum istud putat ad titulum de Petitionibus bonorum sublatis: ita ut aliena intelligi debeant ea scilicet quae reorum quidem sed indemnatorum adhuc et viventium bona sunt, itemque caduca seu vacantia: immo vero etiam damnatorum et proscriptorum bona, quae tamen fisco nuntiata, nondum addita seu incorporata sunt, cum haec quoque aliena quodammodo esse videantur. Duc.

p. 605 v. 17. *Κυντιλιανὸν*] quem *Quintillum* vocat Trebellius Pollio, ut et Vopiscus in Aureliano: *Κύντιλλον* Zosimus lib. 1 [c. 47, p. 42 ed. Bonn.]. Duc.

p. 606 v. 1. *ἑπτακαίδεκα μόνας ἡμέρας*] ita etiam Pollio: Victor paucis diebus imperium tenuisse Quintillum ait. Duc. Zosimus *ὀλίγους μῆνας*, quem ex Zonara correxit Casaubonus: sed nummorum varietas maior est quam pro paucis diebus.

p. 607 v. 6. *ἦν ἔνιοι μὲν εἰς Ῥώμην*] locum hunc Zonarae expendit Scaliger ad Eusebium p. 239, 2 edit. Duc.

p. 607 v. 18. *καὶ τῶν ἔξωθεν φερομένων*] quibus verbis

frumentarium describit, ut observat Casaubonus. vide Gloss. med. Lat. Duc.

p. 608 v. 3. *μηνῶν ὀλίγων*] sic mss. "*minus paucis diebus*" Vopiscus. Duc.

p. 608 v. 7. *τὸ στρατιωτικὸν*] atqui Tacitus imperator a senatu electus, non a militibus, ut scribit Vopiscus: neque eorum sententia requisita, tametsi praefectus urbis Aelius Caesianus sic exercitum est allocutus in campo Martio "*vos sanctissimi milites, et sacratissimi vos Quirites, habetis principem quem de sententia omnium exercituum senatus elegit, Tacitum dico, augustissimum virum*" etc. Duc.

p. 610 v. 20. *τοὺς οἰκείους υἱοὺς*] hinc in legum aliquot Cari inscriptionibus "*Impp. Carus Carinus et Numerianus AAA*": quod observatum a Casaubono, qui id Zonaram a probo quodam auctore accepisse existimat. Duc.

p. 611 v. 8. *Γαλάτης*] id est *Gallus*, inquit Casaubonus ad Vopiscum in Caro, qui illius patriam incertam fuisse ait, et
P 27 Romae natum videri vult. at uterque Victor et Sidonius Narbone genitum scribunt. Wolfius *Galata* verterat. Duc.

p. 615 v. 3. *Κώνσταντα*] ita Zonaras *Constantem* perpetuo vocat, quem alii Constantium: quemadmodum etiam Constantinus Porphyrogenitus lib. de adm. imp. cap. ult., et Menaea XXI Maii. Duc.

p. 615 v. 12. *τινῶν Γεντιανῶν*] vide Scaligerum ad Eusebium p. 243, 2 edit. Duc.

p. 617 v. 9. *ἀλλὰ προσκυνεῖσθαι*] id ipsum narrant Eutropius (cuius interpretem Paeanium hic exscripsit, ut alibi saepe, Zonaras), Aurelius Victor et Eusebius in Chronico: atque adeo Ammianus lib. 15 "*omnium primus extero ritu et regio more instituit adorari, cum semper antea ad similitudinem iudicum salutatos principes legerimus.*" Duc. cf. T. I Praefat. pag. XV.

p. 618 v. 2. *τοὺς δὲ τύχης ἰδιώτιδος*] Eusebius lib. 8 cap. 2 *τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις ἐλευθερίας στερεῖσθαι.* Duc.

p. 618 v. 11. *ἐν Νικομηδείᾳ*] ubi palatia construxerant imperatores ante Diocletianum, ut indicat Socrates lib. 1 Hist. eccl. cap. 6. vide nostram Constantinopolim lib. 4 sect. 13 n. 4. aliud palatium praeterea Nicomediae aedificavit Constantinus Heraclii filius. Niceph. CP. Duc.

p. 621 v. 16. *ὁ μὲν γὰρ Εὐσέβιος*] Eusebius lib. 8 cap. 13 et in Oratione Constantini ad sanctorum coetum cap. 25, ub consulendus Valesius. vide praeterea Lactantium de mortibus persecutorum cap. 42. Duc.

p. 624 v. 2. *τὸν Λικίννιον*] scribit Anonymus in vita s. Basilei archiepiscopi Amazeni n. 5 et 6 Licinium simulasse se esse Christianum, ut Constantiam Constantini M. sororem in uxorem obtineret, et adepto imperio in oriente ad vomitum rediisse. certe

Constantinus Christianismum amplexus fuerat ante initum inter Licinium et Constantiam matrimonium anno 313. verum scribit Lactantius in libro de mortibus persecutorum n. 46 47 et 48, aliquanto post initas cum sorore Constantini nuptias, ac cum Maximino congressurum, somno monitum Christum invocasse, dedisseque litteras ad provinciarum praesides de restituendis Christianis ecclesiis, Constantino et ipso III coss. Duc.

p. 628 v. 12. *Καλανδίων*] Wolfius *Καλανδίων* perperam ediderat: ita enim a scriptoribus passim appellatur. Duc.

CORRIGENDA.

p. 29 v. 4 *lege συμμαχουμένοις.* p. 65 v. 5 *αὐθημερὸν.* p. 79 v. 27 Plutarchi. p. 123 v. 18 *ἀπαίρειν?* p. 123 v. 24 *ψευδαυτομόλους.* p. 183 v. 4 *οἰκεία.* p. 203 v. 8 *προθυμότερον.*

LIPSIÆ,

IMPRESSIT B. G. TEUBNER.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google